


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 00357145 2

HANDBOUND
AT THE



UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

(65) 6796 I

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,
CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,
AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

31864

IOANNES LYDUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

TO ANNO DOMINI MDCCLXXIII
SCRIPTORIUM HISTORIAE

BYZANTINAE

DFD
503

C6

v. 27

B. G. NIEBUHR II C. R.

IMPERATORIS AUSTRIACI

ACADEMIAE

ACADEMIAE LITTERARUM BOHENSIS

BOHENSIS

CONTINUA

IOHANNES LYDUS

BOHENSIS

IMPRISIS IN WERRE

MDCCLXXIII

IOANNES LYDUS

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVII.

CAROLI BENEDICTI HASE

PROLOGUS

IN LIBRUM IOANNIS LYDI

DE MAGISTRATIBUS ROMANIS,

SIVE

COMMENTARIUS

DE IOANNE LAURENTIO PHILADELPHENO LYDO
EIVSQUE SCRIPTIS.

COMMENTARII CONSPECTUS ET SUMMA.

1. *Institutum commentarii et partitio.*

Sectio 1. De Ioannis Lydi vita.

2. *Ioannis Laurentii Lydi ortus, et quo pacto rem publicam capessiverit.* 3. *Lydi senectus calamitosa.* 4. *Lydi scripta supposita vel deperdita.* 5. *Lydi scripta genuina quae exstant: 1) liber de Mensibus, 2) liber de Magistratibus Romanis, 3) liber de Ostentis.*

Sectio 2. Fata scriptorum Lydi medio aevo.

6. *Liber de Ostentis a Theophylacto Simocatta laudatus, a Beda Venerabili partim Latine versus.* 7. *quare saeculis 7 et 8 plerique interciderint Lydi codices.* 8. *Photii patriarchae testimonium de Lydo.* 9. *quare asperius de Lydo Photius.* 10. *Leonis Sapientis testimonium.* 11. *Latina versio huius loci emendata.* 12. *Constantini Porphyrogenetae testimonium de Lydo.* 13. *Suidae testimonium.* 14. *Codini.* 15. *an Ioannes Scylitza egerit de Lydo nostro.*

Sectio 3. Fragmenta scriptorum Lydi ante inventionem codicis Caseolini in bibliothecis passim exstantia.

16 et 17. *Epitome maior libri de Mensibus quot in codicibus exstet.* 18. *epitome minor.* 19. *fragmenta quattuor libri de Ostentis. horum duo edita,* 20. *altera duo Graece inedita.* 21. *fragmentum unum libri de magistratibus, idque dubium.*

Sectio 4. Qui editionem horum fragmentorum adhuc aggressi sint.

22. *Ioannes Meursius, Ianus Rutgersius, 23. Leo Allatius, 24. Iosephus de Iulii, 25. Ioannes de Burigny, Nicolaus Schow. 26. ambae epitomae libri de Mensibus et secundum fragmentum libri de Ostentis edita ex apographo Schowiano. 27. suspiciones ad loca quaedam huius editionis.*

Sectio 5. De codice Caseolino atque de hac editione operis de magistratibus.

28. *Quo insperato casu codex Caseolinus in Graecia apud Cpolim sit repertus. 29. quare non statim sit publici iuris factus. 30. mors Vil-loisonis, cui delata erat Lydi editio. 31. liber de Magistratibus impendio et munificentia viri illustris de Choiseul editus. 32. origo codicis Caseolini. 33. descriptio codicis Caseolini. 34. de eodem, et ex quali codice ductus sit. 35. condicio hodierna codicis Caseolini. 36. editio libri de Ostentis ex eodem codice promissa.*

1 Quod iamdudum percrebruit non modo in Gallia sed in Germania quoque et in tota paene Europa literata, fore ut Ioannis Lydi inedita adhuc opera ex vetusto codice Cpoli deportato in lucem prodirent, quodque et probatum maxime a viris doctis compluribus est et optatum, id nunc praestatur. cumque vir ille nobilissimus, cui ea opera inventionis iure propria sunt facta quique illa nunc vulganda curat, rogavisset adolescentem literarum Graecarum studiosissimum, Dominicum Fuss, ut textum huius operis quam diligentissime corrigeret Latinaque interpretatione illustraret, pergratum mihi accidit ut ex mea quoque facultate aliquid in hoc opus conferre nomenque meum tam laudabili incepto ascribere possem. electus enim a codicis domino eas partes suscepi, ut praefarer quae lectores scire maxime referret. quare quae in mentem veniebant cum librum perlegissem, ea scriptura persequi et in quinque partes dispertire coepi. harum primam tribui historiae auctoris, secundam fati scriptorum Lydi medio aevo, tertiam elencho fragmentorum eius passim in bibliothecis exstantium. in quarta dixi qui quippiam eius ediderint vel instituerint edere; in quinta quo insperato casu opera eius in Graecia nuper reperta sint inque Gallia nunc vulgari coepta. a Lydi vita igitur, ut praepositum est, ordiar, si prius tamen lectores oravero ut patiantur non solum magistratum di-

gnitatumque nova nomina, sed vocabula etiam cadentis iacentisve latinitatis (quibus nunc ideo utimur quod iis nullum fere apud probatos auctores prorsus respondeat) a me quoque, ne cui videar in verbis esse curiosior, hic duntaxat, ubi nihil periculi est, tanquam propria et usitata usurpari.

Tametsi de vita quidem auctoris brevior esse potero, quod 2
 quae ad se pertinerent, ea in libro de Magistratibus fuse ipse p. III
 persecutus est. ideo relegatis studiosis Lydi ad librum illum
 adque *Indicem rerum et verborum*, hic summas rerum tantummodo capitulatim attingam, maxime, quantum fieri potest in re spinosa, temporum ratione constituta, ex Huberti Giphanii *Commentar. de Iustiniano imp. Noribergae 1640, 12, p. 178 sqq*; Aegidii Perrini *Vita Iustiniani Paris. 1576, 8*; Harduini *Numismatibus saeculi Iustiniani in Opp. Var. Amstelod. 1733, fol. p. 461 — 547*; inprimis vero ex Io. Petri de Ludewig *Vita Iustiniani Magni, Halae Salicae 1731, 4*, Franciscique Balduini *Iustiniano sive de Iure novo Commentariorum libris 4, Halae 1728, 8*, et ex Nicolai Alemanni *excursu de Praefectorum Praetorio sub Iustiniano temporibus, in notis ad ed. Historiae arcanae Procopii Lugdun. 1623, fol. p. 95 — 98*; qui recusatus est in *ed. Reg. Procopii tom. 2 parte poster. p. 159—161.*

IOANNES igitur *Laurentius*, a patria *Lydus* dictus, quod cognomen apud scriptores fortuito magis quam ratione invaluit, natus est Philadelpiae in Asia proconsulari, Fl. Longino Fl. Fausto Iuniore VV. CC. coss., anno a Christo nato 490; parentibus, p. IV
 quantum conici potest, inter municipes suos locupletibus et generosis. primo et vigesimo aetatis anno, Christi 511, Felice Gallo Fl. Secundiano (ut fortasse scribendum est pro Secundino in P. Relandi *Fastis, Traiect. Bat. 1715, 8, p. 679*, itemque apud reliquos eum consequentes: *Lydus* certe, de *Magistrat. 3 26 p. 218 22*, habet *Σκουρδιανοῦ*) coss. Cpolin demigravit, inque sacro palatio inter memoriales esse coepit, et quod tum otio abundabat, philosophiae praeceptore uti Agapio Atheniensi, Procli discipulo; de quo Suidas *ed. Kuster. t. 1 p. 22.* neque diu tamen mansit in hoc statu. etenim per idem tempus Anastasius imperator praefectum praetorio iussit Zoticum Philadelphenum; cuius persuasu et inductu aliam in re publica viam secutus est, initiis quidem tam prosperis ut in cohortem sive officium patroni

receptus circa annum 512, ut videtur, celeriter non ad notarios modo praefecturae perveniret sed ad pecunias etiam permagnas, solidosque aureos conficeret e munere suo unius anni spatio ad mille; idque iuste ac legitime, quemadmodum ipse asseverat.

p. v 3 27 p. 219 19. nec minus commode ei cecidit quod in eodem officio tum agebat patruelis eius Ammianus, cuius consiliis atque officiis et alias saepe usus est et maxime in ducenda uxore tum copiosa (dotis videlicet centum librarum auri) tum etiam probata, qua 3 28 p. 221 6 negat quicquam fuisse castius. ascendit interim ad primi chartularii locum, magno honore, neque unquam, ut 3 27 p. 220 2 scribit, ulli habito, quod adiutores actuarii ad hunc gradum promoventes eum ultro elegerunt stipendiumque annum constituerunt solidorum 24, adlectis duobus aliis, iisque senibus, qui pecunia oblata idem munus obtinuerant. idque, sive Zotici p. p. sive alius cuiuspiam Lydi patroni gratia tributum ei est, quod suspicor, seu vere, quod ipse vult intelligi, ob linguae Latinae perfectam scientiam, de qua praecipue gloriatur, et omnino ob multiplicem eius doctrinam, non solum honorabile ei fuit sed etiam quaestuosum. nam praeter personalia, quotidiana, suggestiones, quas conscribebat nomine adiutorum, operas et notariis et in secreto praefecturae exceptoribus magnas dedit (v. ib. 3 27 p. 220 20), sicque si minus publicae, familiari certe rei compendioque suo maxime serviit.

3 Ac hactenus quidem omnia ei ex sententia: verum videtur

P. VI condicionis eius commutatio esse facta post a. 518, quo Anastasius Augustus mortem obiit, vel propter patronorum mortem recessumve a re publica, vel quod apud potentes homines suboffendit, vel quod sub Iustiniano universa praefectura concursu calamitatum malaque quorundam administratione labefactata est atque convulsa. ita cursum quidem officiorum recte tenuit, sub praefectis praet. his, Marino Syro a. 519, Appione Aegyptio a. 520, Demosthene a. 521 (quem laudat 3 42 p. 236 3), Theodoro et Archelao a. 524, Mena a. 528, Atarbio a. 529, Iuliano et Ioanne Cappadoce a. 530, Phoca et Basso a. 533, Ioanne Cappadoce iterum a. 534, Theodoto a. 541, Petro Barsame, Fl. Cyro, Areobindo, Gabriele, Diomede, Hephaesto, aliisque permultis, quod Iustinianus, ut fere fit, exhausto aerario remedium, quod in moderatione erat ac parsimonia, in crebra quae-

rebat praefectorum commutatione. ad augustalitatem quoque atque adeo progrediente aetate ad corniculum pervenit, qui erat militantium in scriniis gradus cum amplissimus tum etiam florente praetorio maxime fructuosus: tribuebatur enim per annum spatium, pro minorum officiorum honeste decursorum praemio, p. VII hominibus bene meritis ac veteranis. sed Lydus, cum circa a. Christi 551 eo emersisset, praeter spem amisit totum illud, quod erat spe devoratum, cornicularium lucrum. incidit enim in miserabilem eversionem officiorum maximamque perturbationem disciplinae veteris ac diminutionem vectigalium, eo usque ut cum antea cornicularius suo anno ex sola actorum subscriptione caperet non minus mille solidos, Lydus confirmet 3 25 p. 218 3 se nihil post diuturnos labores quam vanum nomen consecutum, neque a principe neque ex completionibus (quae erant pars stipendii corniculariis constituti) accepisse numum ullum, denique omnem fere vitae superioris fructum perdidisse. ita librum de Magistratibus conscripsit summo cum stomacho atque iracundia incredibili, querelisque totum refersit: vid. 3 12 p. 206 1, 207 23 et 208 12. nec ita multum videtur luctus levatus esse eius illo solatio, quod, si minus stipendio, gloria certe ac laude auctus est, cum a collegis officiorum (3 27 p. 220 21 et p. 223 1) tum a praefectis ipsisque imperatoribus, idque maxime duobus decretis, altero pragmatico Iustiniani (3 29 p. 222 2), quo extollitur Lydi doctrina eximia, poëtica suavitas, eruditio Latina, conferuntur p. VIII beneficia quaedam, plura promittuntur, addito hortatu ut pluribus civibus porrigeret lucem ingenii; qua laude incensus per aliquod tempus est publice nescio quid professus, linguam Latinam, opinor, vel Graecam; altero honestae missionis (3 30 p. 223 15) anno 552, sedente in suggestu Hephaesto p. p., cum post annorum 40 mensium 4 militiam, transacto corniculo cinguloque deposito, sexagesimo secundo aetatis anno in palatium transiret, iuribus annonisque emeritorum fruiturus. quo in otio ad scribendum totum se contulit, fere tempore eodem quo Procopius Caesariensis, imperante etiam Iustiniano. cui an superstes fuerit Iustinumque iuniorem, qui successit a. 565, attigerit, haud scio: fuisset tum annorum 75. quae quidem sub eius nomine servata sunt, ea certe omnia sub Iustiniano scripsit.

4 Profecto enim in huius principis aetatem accommodare aliquis possit illud poëtae inediti et admodum elegantis :

ὡς δὲ θαλασσαλοισιν ἐν οἴδμασι νῆσος ἀνίσχει
 δαιδαλή σταχύεσσι καὶ ἀμπελόεντι κορύμβῳ
 καὶ θαλαρῶ λειμῶνι καὶ εὐδένδροισιν ἐρίπναις,
 τὴν δὲ παραπλώοντες ἐπολβίζουσιν ὀδίται
 ἄλγεα βουκολέοντες ἀλικμηῆτοιο μερίμνης.

p. ix cuius imaginis saepe mihi venit in mentem tam in hoc tempore intuitu, quod tanquam insula fortunata in mari infesto eniteat, quam in historiae Byzantinae studiosos, ex luce Iustiniani saeculi in Heracliani caliginem subito incidentes. etenim ut sit quamvis vituperabilis Iustiniani aetas aliis rebus, oculos tamen perstringit obiecto splendore quodam non modo rei militaris sed etiam literarum: habuit poëtas tolerabiles, philosophos non omnino delirantes, rerum scriptores etiam luculentos. quorum omnium in numero Lydum fortasse reponi oportet, quanquam quae carmine scripserit non superant: scripsisse tamen constat ex edicto imperatoris, p. 222 4, laudante suavitate eius in poëticis. verum quae feliciter interciderunt aut latent, ea sinamus quiescere. philosophiam Lydus certe attigit: vid. p. 219 4. an scriptis editis illustrarit, ambigi potest. nam quod illi adscribitur *commentarius in Theophrastum de sensu et phantasia* sive potius in locum ex libro quinto Physicorum Theophrasti (v. Harles. Bibl. Graec. vol. 3 p. 444 et Catalog. Biblioth. Reg. Paris. 1739 fol. part. 2 p. 424), id aperte falsum est. *commentarius enim ille, qui exstat in cod. nostro Regio 1954, estque*

p. x primo cusus a Victore Trincavello Venet. 1536 fol. una cum Alexandri Aphrodisiensis Quaestionibus, referri debet non ad Lydum nostrum sed ad Priscianum Lydum, qui simul cum Isidoro Damascio Simplicio aliisque antiquae religionis philosophis Athenis et imperio Iustiniani excessit, estque demum a. 533 a Chosroë Persarum rege in orbem Romanum reductus: v. *Gibbon History of the decline and fall etc.* vol. 4 London 1788, 4, p. 118 sq. isque Priscianus Lydus quanto facilius cum Lydo nostro confundi possit, quippe aequali suo et populari, hoc accuratius est ab eo distinguendus. venio ad historica scripta Lydi nostri, quorum duo sunt genera, altera, quae senex edidit, adhuc ex parte exstantia, altera ab adolescente composita, quae penitus evanue-

runt nec fortasse sunt unquam in vulgus prolata. et adolescens quidem scripsit 1) *laudationem Zotici* p. p. circa a. 512, patrono tam probatam ut pro singulis versibus singulos solidos aureos de mensa praefecturae Lydo numeraret (vid. 3 27 p. 219 21) renovata Caracallae in Oppianum Octaviaeque, ut ferunt, in P. Virgilium liberalitate. deinde 2) *orationem in laudem Iustiniani Aug.* habitam coram legatis amplissimi ordinis ex urbe ad comitatum missis (3 28 p. 221 14). ab imperatore etiam scribere iussus est 3) *historiam prioris belli Persici*, quod susceptum vel potius instauratum sub Iustino post insignem Perozae ad Daram oppidum cladem (v. Procop. Pers. 1 13 sq. ed. Reg. Paris. 1662 tom. 1 p. 35—42) pace *aperanto* illa (eo enim Graeco nomine a Latinis quoque auctoribus nominatur) a. 533 terminatum est. quanquam non exploratum habeo exsecutum eum esse principis mandata illiusque belli historiam revera perscripsisse. nec, cum in aliis scriptis suis commemorandis quamvis multus sit, huius certe usquam meminit. nec hercules tantopere eam desideramus (si modo mediocre potest esse ullius antiquae historiae desiderium), quod nobilis nobis scriptor praesto est Procopius, qui libro Persicorum primo prolixè satis eodem de bello nos edoceat. atque haec quidem Lydus aetate ineunte ac media: provecta vero et extrema scripsit vel certe confecit illa.

DE MENSIBUS librum: ut ipse loquitur, *τὴν περὶ μηνῶν συγγραφὴν* infra p. 179 7, sive *τὴν περὶ μηνῶν πραγματείαν* p. 119 8 et p. 169 7, *τὰ περὶ μηνῶν* p. 184 15 et p. 254 19, *τὰ περὶ μηνῶν γραφέντα* p. 127 22 et p. 178 1, *τὰ περὶ μηνῶν τεθέντα* p. 128 17, *τὸ περὶ μηνῶν* p. 184 20. hunc distinxit (quantum ex epitomis iudicamus, quae solae supersunt) quattuor tomis, id est segmentis; inscripsit, ut Suidas auctor est ed. Kuster. tom. 2 p. 131, Gabrieli p. p.: vide supra p. x. hoc in libro, decurso totius anni spatio, festos populi Romani dies, quo quisque modo quamve ob causam agitatus esset, ab initio rerum Romanarum usque ad Iustinianum Augustum diligenter persecutus est, idque ex idoneis auctoribus, cum Graecis permultis tum Latinis, Gavio Basso, Fonteio, Aquilino, Cincio, MVarrone, Maximo, Visellio, Apuleio, MMessala, Cornelio Labeone, Seneca, Valente, Mummio, aliisque nunc vel omnino vel magna ex parte perditis. quem si superstitem esse fortuna voluisset,

- non minus probaremus (opinor) in eo copiam et literas et scientiam rerum veterum, quam in Fastis POvidii, qui argumentum sibi simile sumpsit, varietatem et acumen et suavitatem ingenii. sed ille quidem liber totus interiit, extra duo in codice Caseolino servata folia, epitomasque praeterea item duas in bibliothecis passim exstantes Lipsiaeque a. 1794, 8, ex apographo Nicolai
- p. XIII Schow, amplissimi viri atque doctissimi, typis descriptas. de quibus omnibus planius posthac dicam, itemque de secundo Lydi opere, DE MAGISTRATIBUS REI PUBLICAE ROMANAE, *περὶ ἀρχῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας*, libris tribus post commentarios de Mensibus vulgato. id opus antequam hac editione typis mandatum est, per annos fere 800 delituit in uno solo (opinor) eoque male affecto codice, nec quicquam propius est factum quam ut prorsus occideret. tertium autem opus est post illa duo scriptum, DE OSTENTIS, *περὶ διοσημειῶν*, aequè ineditum praeter pauca quaedam; quo quicquid de aruspicina fulguralique populi Romani disciplina et universe de scientia auguratus doctrinaque Tusca tempore Iustiniani disci scrique poterat, quantumcunque erat, illud totum Lydus contulit. qui liber quo est magis abstrusarum novarumque rerum plenus adque priscas populi Romani caerimonias religionumque sanctitates intimas noscendas utilis, eo maiorem desiderat in legentibus dubitationem et acumen, quo novae post D. Augustum per gentes fusae superstitiones ab antiquissimis rei publicae institutis Etruscorumque praeceptis recte distinguantur. nec dissimulo omnino me dolere quod tam sero
- p. XIV Lydus ad scribendos hos libros se applicaverit, annos natus amplius 60, labefactata iam ac vacillante memoriola, cuius immutatio cum in omni scriptore est incommoda, tum maxime in eo qui reconditas inque vulgus ignotas res unus tractet. adde illud, veteres, si quando in scribendo aliorum verba afferrent, memoriter plerumque nec ullo evoluta volumine ea loca esse in sua transferre scripta solitos, sententiae multo magis quam vocabulorum habita ratione. quae consuetudo tametsi saepe trepidationem doctis perturbationemque attulit, tamen ut universe summa codicum inopia et caritate totaque studiorum et vitae ratione excusari, ita in iis praesertim auctoribus absque magno metu ferri potest qui mente acri et vigente libros ediderunt suos. Lydum autem, obliuosum ac desperatum senem, fateor passim ea ad-

misisse quae relecto Virgilio Lucano Persio accuratius poni aptiusque potuissent.

Agnovit tamen et ipsius saeculum id quod est in illo, magnum 6
studium rerum veterum, multam industriam, orationem literatae senectutis plenam; et Theophylactus Simocatta, qui post a. 628 de rebus Mauricii Caesaris scripsit, auctoritatem iam quandam videtur libro de Ostentis adiungere. verba eius haec sunt, Hist. ed. Reg. p. 186 B: *περὶ δὲ τῶν ἀνθρωπομόρφων καὶ* p. xv
Νειλῶν ζώων καὶ τοῖς πάλαι ἱστορήται. τίνος δὲ σημαντικὸν ἢ τούτων ἐνδημία καθέστηκεν, εἰπεῖν ἐθάρρησεν ὁ Ἀνδός, τῶν ἄλλων μίαν νεώτερος καθεστώς, ὃς κατὰ τοὺς χρόνους ἐγνωρίζετο Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. ad quem locum in cod. Graeco Vaticano 977, nuper Parisios translato, in quo Theophylacti historia continetur cum scholiis ineditis, haec leguntur: *σημείωσαι ὅτι ὁ Ἀνδός, ὁ περὶ κομητῶν καὶ Ἰριδος καὶ λοιπῶν περὶ τὸν ἄερα παθῶν ἐρμηνεύσας, ἐν τοῖς χρόνοις ἦν Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.* ac sub finem eiusdem saeculi vel trans oceanum usque penetrasse Lydi volumina Bedae Venerabilis in Britannia argumento est, qui partem libri de Ostentis contractam Latineque versam ante a. 735 sub titulo edidit: *Libellus de tonitruis, ad Herenfridum*, Opp. omn. ed. Colon. Agripp. tom. 1, 1612, fol. column. 387 — 390; quem Herenfridum in praefatione rogat *ut ancora sancti sermonis vestri fideliumque vestrorum hoc opusculum ex sermone a fideli vestro in Latinum translatum, omnimodis ab invidorum inimicorumve detractionibus stabilitum atque illaesum permanere faciatis.* quo in loco pro verbis *ex sermone* scribe *ex Graeco*, sive *ex Graeco sermone*. deprompta autem ea esse ex libro de Ostentis, quod iam IAFabricius coniecerat (Biblioth. Latin. med. et inf. aetatis, ed. Mansi t. 1 Patav. p. xvi 1754, 4, p. 186), ipsemet cognovi instituta collatione: item animadverti opuscula proxime sequentia, *Pronostica temporum* et *De praecognitione copiae aut paupertatis futurae* (Opp. Bedae tom. 1 col. 390 — 391), indidem manare, praeter pauca quae vel male intellexit vel aliunde cursim arripuit Beda. sed haec alias pluribus: nunc quae Lydo medio aevo fortuna obtigerit, porro videamus.

Successerunt enim Heraclio Augusto extincto turbulenta illa 7
ac deplorata saecula, cum subito coorti Arabes Syriam Aegyptum

Africam Siciliam armis obtinerent, reliquasque populi Romani provincias incursibus factis exinanirent. quem gravissimum literisque nostris prope fatalem casum summi homines iudicioque eruditissimi, HReiske, IThBuhle aliique, califarum sultanorumque liberalitate ac beneficentia quodammodo levatum esse opinati sunt, idque scriptis editis exposuerunt: *De principibus Muhamedanis qui aut ab eruditione aut amore literarum et litterarum claruerunt, Lipsiae 1747, 4. De studii Graecarum literarum apud Arabes initiis et rationibus. Comment. Societ. Scient. reg. Gottingens. vol. 2 p. 216.* verum ut iam maxima fuerit in quibusdam Mohamedanorum regibus benignitas, maxima rerum suarum scientia, sicut fuit, tamen studia et artes, quae erant Graecis monumentis disciplinisque tota Asia iam ab Alexandri M. temporibus tradita ac conservata, necessario novis religionibus studiis moribus inductis graviter sunt affecta; quibus semel sublatis et Arabica lingua indies latius fundi, et Graeca primum ex optimatum, post etiam omnino ex usu consuetudineque hominum evanescere inque pauca Palaestinae Phoenices Syriae interamnibus monasteria compingi coepit. fit enim hoc in victis nationibus, ut ad vincendum sermonem libentius se applicent, nec magis in lingua quam in libertate patria tuenda acres videantur. qua in conversione magnam librorum Graecorum factam iacturam accurate explicaverunt AHHeeren, *Geschichte des Studiums der classischen Literatur* vol. 1, Gottingae 1797, 8, p. 98, et IGEichhorn, *Geschichte der Literatur* vol. 1, Gottingae 1805, 8, p. 562; idemque uno Ioannis Epiphaniensis exemplo potest demonstrari. is Ioannes, qui fuit Agathiae Scholiastae Evagriique Epiphaniensis aequalis, ab isto laudatur in extremo libro quinto *Histor. Ecclesiast. ed. Vales. p. 442 D*, quo ex loco patet sub a. 593, cum haec scriberet Evagrius, Agathiam ac Ioannem nondum vulgasse suos libros. edidit tamen postea historiam Ioannes, qua fugam Chosrois II, illius quem Cosru Pervis barbare appellant, eiusque reductionem in regnum a. 591 a Mauricio Caesare factam subtiliter erat persecutus; eamque historiam Theophylactum Simocattam suspicor secutum esse libro 4 et 5 in digressionem de Chosrois fuga ac reditu. at enim evenit Ioanni id quod Lydo aliisque multis, ut Arabibus in eos ipsos tractus effervescentibus, ubi pleraque eius exemplaria exstitisse

credibile est, illa fere omnia interirent. accedit, quod copiosa excerpta in Theophylacti historiam ex Ioanne tralata homines ad hanc describendam segniores reddere debuerunt. ita eius codices paulatim evanuerunt, praeter duos: horum alterum saec. 12 Cpoli inter Annae Comnenae manus fuisse video, quae interdum totos locos Ioannis, ut est sententiosus scriptor, usurpavit, eosque totidem verbis in narrationem furtim transtulit suam; alterum ipse deprehendi inter Vaticanos codd. Graecos Parisios transvectos, charta cariosa saec. 13 scriptum. quo in codice p. xix quem solum atque unum superesse arbitror, aegre fero nihil quam primum operis *τόμωv* superare, nec illum quidem integrum. ipsum auctorem alii cum Ioanne Antiocheno Scholastico patriarcha Cpolitano confuderunt, alii cum Ioanne Malela, alii aliter; nec reperire potui qui distinctius de illo ageret quam Henr. Vales. ed. Evagrii Annotat. p. 122: quippe Fabricius ipse Biblioth. Graec. vol. 6 p. 686 eum Ioannem Antiochenum nominat, quasi vero Evagrius (qui in loco ibi a Fabricio allato Ioannem appellat civem suum) Antiochia fuerit, non Epiphania.

Verum haec de Ioanne breviter perstrinxi, ut quemadmo- 8 dum Orientalium provinciarum saeculo 7 amissione libri complurimi simul evanuerint, uno exemplo explicarem. nec minus Lydi multa exemplaria eodem incendio conflagrare necesse fuit, praesertim si reputamus Syriam et Aegyptum, tum semper tum maxime sexto septimoque saeculo, receptacula fuisse magicae fatidicaeque disciplinae, philosophisque et astrologis refertas, certatim conquirentibus mathematicos ac fulgurales libros. ita raritatis codicum Lydi Arabicus tumultus videtur una esse causa; p. xx altera fortasse, quod auctor suspectus esset de religione: capita enim eius ex aruspicina scientiaque augurali petita offendisse hominum animos infra patebit p. xxii et xxiv e Photii Leonisque Caesaris locis; quae quidem invidia quosdam, qui in monasteriis codices describebant, promptiores fortasse reddidit ad extinguendam eius memoriam quam ad propagandam. tertia causa raritatis codicum Lydi est excerptandi studium, quod invaserat Graecos, ut quo quis esset magis varius et quaestionum plenus liber, eo maiorem breviantium turbam allecicaret; qui quanta literis nostris detrimenta importarint, cum factis deflorationibus, ut illorum verbo utar, ipsa opera negligenter, post Iustum

Lipsium (Var. Lect. lib. 3 c. 27 Opp. ed. Antverp. fol. t. 1 p. 63) multi sunt conquesti. sed priusquam recognoscam quot epitomae ex tribus Lydi libris saeculo 9 et deinceps confectae nostris in bibliothecis passim extent, ut magis appareat quo pacto una cum aetatibus hominum Lydi scripta sensim evanuerint, auctores Graecos, qui etiam post tumultum Arabicum Lydi mentionem fecerunt, conservatis temporibus uno in conspectu p. xxi hic omnes ponam. sunt autem opinor hi sex, Photius, Leo et Constantinus Caesares, Suidas, scholiasta Venetus in Homerum, et fortasse Codinus. horum Photius, cum a Michaële Caesare eius nominis tertio ante a. 858 Bagdadum ad Arabes missus bibliothecam ibi scriberet suam, in ea (cod. 180 ed. Hoeschel. Genevae Paul. Stephan. 1611 col. 405) trium librorum Lydi meminit, loco nobili, iam a Fabricio (Biblioth. Latin. t. 3 ed. Ernest. Lipsiae 1774, 8, p. 105) laudato. verba Photii haec sunt: *Ἀνεγνώσθησαν* (cod. Reg. 1226 saec. 14, nondum collatus; item codex biblioth. S. Marci No. 451, nunc ad nos translatus, habent *Ἀνεγνώσθη*: Reg. autem 1266, omnium quos habemus optimae notae, est hac parte mancus) *Ἰωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφέως τοῦ Λυδοῦ πραγματεῖαι τρεῖς, περὶ Διοσημείων* (sic), *περὶ Μηνῶν, περὶ Ἀρχῶν πολιτικῶν. ἀλλ' ἢ μὲν περὶ Διοσημείων, ὅσα γε κατ' ἐμὴν κρίσιν καὶ πείραν, οὐδὲν ἢ ἐπ' ὀλίγον διενήνοχε μύθων· ἢ δὲ περὶ Μηνῶν, εἰ καὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ' οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπιχαρὶ τε* (f. τι) *καὶ λίαν χρειωῶδες. ἢ δὲ περὶ πολιτικῶν Ἀρχῶν τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα φιλοτιμουμένοις οὐκ ἄκομψον παρέχεται τὴν ἱστορίαν.*

9 Idem Photius postquam de Lydi dicendi genere iudicium p. xxii subiunxit suum, pergit in hunc modum, col. 408: *ἔστρατεύσατο δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ ὑπὸ τοῖς ὑπάρχοις, ἄγων ἡλικίας κα, ἔτη δὲ μ̄ δικολόγος ὦν, εἶτα καὶ ματρικουλάριος* (f. κορνικουλάριος) *· μεθ' ὃν χρόνον καὶ τὰς εἰρημένας λέγει συγγράφαι πραγματείας, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ψήφω βασιλέως ἀξιωθῆναι. χρόνος δὲ, καθ' ὃν οὗτος ἐβίω, Ἀναστασίου ἤπιετο τῆς βασιλείας καὶ τὴν Ἰουστίνου ἐπεραίου, μετρῶν καὶ τοῦ μετ' ἐκεῖνον Ἰουστινιανοῦ. τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι· σέβεται μὲν τὰ Ἑλληνικῶν καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδοὺς τοῖς ἀναγνώσκουσιν ἐκ τοῦ θάστου συμβαλεῖν πότερον οὕτω νομίζων θειά-*

ζει ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς. quod universum iudicium si cui durius videatur, reputet is secum Photium, ut erat natura asper atque invidus, ne patribus quidem pepercisse; multum esse in S. Iohannis Chrysostomi criminibus percensendis; S. Irenaeo falsas argumentationes, Gregorio Nysseno distributionem parum aptam, aliis alia obiecisse, eoque nomine iam a theologis saeculi superioris minus esse probatum. potuisse denique eum qui grandes ac perfectos scriptores integros legeret, Ctesiam, Theopompum, Agatharchidem, Memnonem, Polybium, Diodorum Siculum, Dionysium Halicarnassensem, Appianum, Arrianum, in tanta optimorum copia eos qui sunt secundo loco despiciere. nos autem, qui antiquis illis aut omnino aut magna ex parte caremus, utinam quomodo nunc Lydi, sic mox Nonnosi, Iulii Africani, p. xxiii Praxagorae, Cephalaeonis, Eunapii, Malchi, Candidi Isauri, Olympiodori, Dexippi, Phlegontis Tralliani, Pamphilae, Cononis, Helladii eruditas uberrimasque historias insperato casu in lucem proferri videremus: profecto et magna esset nostra in illis legendis voluptas, nec desideraretur moderatio in iudicandis.

Leonis autem de Lydo locus exstat in Tacticis illius ter impressis, primo Latine tantum, ex versione Checi, Basileae, 1554, 12. ibi in extremo epilogo operis, pagina non notata (quod paginis editionis suae nullos adiecit numeros Checus), videtur libri de Ostentis mentio fieri. post eadem Tactica Graece edidit Ioannes Meursius, Lugduni Batav. 1612, 4, adiuncta Checi Latina versione: ibi tamen nomen mentioque Lydi plane e Graeco excidit. postremo eadem vulgavit Ioannes Lami sexto Opp. Meursianorum volumine, Florentiae, 1745, fol. ex Laurentiano bibliothecae Mediceae cod., multis quidem locis emendata, minus tamen in nostro: is ibi, col. 917, sic se habet: τὴν δὲ ἀστρονομίαν οἱ περὶ τὰ μετέωρα σχολάζονται (f. σχολάζοντες), σοφία τε καὶ ἐπιστήμη τῆς τῶν ἀστέρων ψηφοφορίας διαφέρονται (f. διαφέροντες), περὶ τε τὸν Πτολεμαίου κανόνα καὶ περὶ τὴν αὐτοῦ λεγομένην Τετράβιβλον καὶ περὶ ἕτερα ἅ τινά τῶν Χαλδαϊκῶν παρασημειώσεων, προσέτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἀράτου περὶ τῶν Φαινομένων διαγόρευσιν . . . Ἰωάννου τοῦ Λυδοῦ καθημερινήν τε καὶ μηνιαίαν παρατήρησιν. τὰ δὲ τῆς γενεθλιαλογίας ὅσον ἐν τοῖς εἰρημμένοις παρέσπαρται, ὡς ἀπόβλητα τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἢ ἡμέτερα ἀποτρέπεται βασιλεία. cui textui adiecit Lami antiquam

illam iam a Nicolao Rigaltio Antonioque Possevino (Harles. Bibl. Gr. vol. 7 p. 702) vituperatam Checi versionem, eiusmodi: *in astrorum ratione (supple consuli debent aut tale aliquid) qui caelestia corpora scrutati sunt, quique in astrorum ortu atque obitu, conversionibus planetarum operam suam collocant, qui Ptolemaeum diligenter cognoscunt, et Chaldaicas quasdam observationes, Arati Φαινόμενα, Ioannis Lydi diurnam menstruamque observationem tenent. genethliologias autem, quae iis in libris sparsae sunt et ab ecclesia dei reiiciuntur, nos nostro quoque regno expellimus.*

- 11 Quae sunt, ut levissime dicam, mire versa. debuissent sic: *in astrorum ratione, qui caelestibus rebus operam dant, doctrinaque et scientia siderei computi praestant, et in Expedito Ptolemaei canone, in Quadripartito quod vocant eius, in certis*
 p. xxv *aliis Chaldaeorum notationibus, ad haec in Arati Apparentium descriptione (hic aliquid deest, ut Lami indicat): Ioannis Lydi quotidiana menstruaque observatione. quaecunque vero ex genethliologia (sic enim hanc vocem Vitruvius lib. 9 c. 4 ed. Rod. Berolini 1800, 4, p. 219) sunt in his quos diximus libris aspersa, ea, ut reiecta ab ecclesia dei, aversatur maiestas nostra.* etenim recte observavit Ioannes Suicerus (in Thesauro Ecclesiastico, t. 1, Amstelaed. 1682, fol. column. 669) vocem βασιλεία iam inde a Constantinianis temporibus usque ad perditam Graeciam propriam fuisse imperatorum Orientalium appellationem, ita ut ipsi de se ἡ ἡμετέρα βασιλεία sive ἡ βασιλεία μου, alii ad illos ἡ βασιλεία σου. sic, ut omittam exempla a Suicero citata, S. Cyrillus Hierosolymitanus ad Constantium Caes. Cateches. ed. Prevot. Paris. 1608, 4, p. 549, et S. Chrysostomus de statutis Opp. ed. Savil. t. 6 Etonae 1612, fol. p. 602 lin. 13, πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν: item Georgius Alexandrinus in vita Chrysost. Opp. Chrysost. ed. cit. t. 8 p. 231 lin. 5: τῷ προστάγματι τῆς σῆς βασιλείας. alia exempla habet Ducangius Glossar. Graec. t. 1 Lugd. 1688, fol. col. 179. quam significationem verbi βασιλεία miror multis non in mentem venisse interpretibus, velut Checo
 p. xxvi hoc loco; item Conrado Rittershusio in versione S. Isidori Pelusiotae lib. 4 epist. 143 ed. Paris. 1638, fol. p. 493 B, ubi verba καὶ τὴν ἐν κυρίῳ ὑγίαν καὶ σωτηρίαν τῆς εὐσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας, hoc est integram in domino valetudinem salutemque piae

maiestatis vestrae, reddidit: necnon sanitatem et salutem pii vestri imperii. item Richardo Montacutio in celebrata epistola quam Divi Iuliani volunt esse, Opp. S. Basil. t. 2 Paris. 1618, fol. p. 993 A: ἄπερ τῆ ἐμῆ βασιλείᾳ ἀρμόζει, sive ut in Benedictin. ed. legitur Opp. S. Basil. t. 3 Paris. 1750, fol. p. 123 B: ἄπερ τῆ ἐμῆ πρόπει βασιλείᾳ. sed ut revertar ad Leonis locum, videor mihi inde perspicere primum, Lydi librum de Ostentis Cpoli apud mathematicos neque improbatum fuisse illis temporibus nec fortasse tantopere infrequentem: nam nominatur communiter cum Quadripartito Ptolemaei Phaenomenisque Arati, frequentissimis sane in bibliothecis tum cum haec scriberet Leo, qui imperator factus est anno 886. neque sequenti saeculo librum de Magistratibus ex usu manibusque hominum prorsus evanuisse, auctor est Leonis filius, Constantinus Porphyrogenneta, qui imperavit ab anno 912 ad annum 959. namque eius meminit in libro de Thematibus, novissime edito in Anselmi Banduri p. xxvii imper. Orientali, t. 1, Paris. 1711, fol. p. 5 B, lib. 1 c. 2: οἱ δὲ λεγόμενοι Τουρμαῖοι εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτάχθησαν· σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τὸν ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας τοξοφόρους πεντακοσίους καὶ πελταστὰς τριακοσίους καὶ δεξιολάβους ἑκατόν· οὕτως γὰρ κεῖται ἐν τῇ βίβλῳ Ἰωάννου Φιλadelphέως τοῦ καλουμένου Λυδοῦ. ad quem locum vide Banduri notas imper. Orient. t. 2 p. 6. locum autem ex libro de Magistratibus depromptum esse nihil dubito, quanquam hodie ibi non supersit: verum suspicor fuisse in duobus foliis illis quae in codice inter fol. 43 — 44, post descriptionem legionis, ed. p. 84, resecta sunt.

Venio ad Suidae testimonium de Lydo, ed. Kuster. Cantabrigiae 1705, fol. p. 131; quod cum scholiastae Veneti Codinique loco huc reieci, quoniam Photio Leoni Constantino definitum tempus est quo quisque scripserit, saeculum 9 et 10, Suidae, scholiastae Veneto ac Codino non item. nam Suidas ut exstiterit 10 vel 11 vel 12 vel quolibet saeculo, illud certum est, cum ipsius tum reliqua magna lexica, quae sunt generis eiusdem, a tot possessoribus progressu temporum aucta suppleta confusa esse, ut iam in illis quem constet a primo lexicis auctore proficisci locum vix inveniamus. quando igitur relata est in p. xxviii Suidam haec de Lydo glossa? utique ante saec. 13: nam habe-

mus in bibliotheca codicem Suidae id aetatis, ubi hic locus legitur; qui codex est praestantissimus ille a Kustero nobilitatus, olim No. 1852, nunc inter mss Graecos 2625. locus autem est in ed. Kuster. ad hunc modum: *Ἰωάννης Φιλαδελφεὺς Λυδός. οὗτος ἔγραψε περὶ μηνῶν βιβλίον α' καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν. προσομιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριήλῳ τινὶ ὑπάρχῳ.* quo ex loco duo intelligi licet, primo librum de Magistratibus iam tum coepisse evanescere: nam auctor huius glossae, quisquis est, eum ignorat. deinde, ut nunc certe legitur, Lydo praeter librum de Ostentis tribui alia quaedam Mathematica, de quibus auctores ceteri omnes silent. at enim suspicor primo scriptum fuisse *καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον*, nec quicquam amplius; postea, ut sunt glossae istae multis e centunculis consutis natae, respicientem aliquem ad argumentum multiplex libri de Ostentis, supra verba *περὶ Διοσημειῶν* adscripsisse *καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν*: ea posthac annexa glossulae esse; locum autem esse sic vertendum: *scripsit de Mensibus librum unum; deque Ostentis, et de aliis rebus mathematicis alterum.* verum haec coniectura: illud manifestum est, Kusteri in nota esse erratum *ibid.* p. 131: *in cod. ms 2432 [nunc 2381] bibliothecae Regiae Parisiensis varia Ioannis huius Philadelphensis opuscula inedita continentur, veluti de Sortibus, de Terrae motibus, Diarium seu Ephemeris, indicans per totum annum ortus et occasus signorum, ex libris Claudii Tusci ad verbum graece versa; περὶ Διοσημειῶν, et alia.* nam quae leguntur in cod. nostro 2381 fol. 70 *recto*-79 *verso*, de sortibus, de terrae motibus ceteraque alia, ea nec varia opuscula sunt, nec e pluribus sed e solo de Ostentis, hoc est *περὶ Διοσημειῶν*, Lydi libro hausta. quanquam, quia sunt mirabiliter confusa, Kustero, qui diversa opuscula credidit, venia facile dari potest.

13 Homerum edidit vir immortalis memoriae Ioannes B. C. d'Ansse de Villoison, Venetiis 1788, fol. cum scholiis ex duobus Venetis unoque Hamburgensi codice. ibi p. 531 ad Iliad. Ω 617 hoc scholium legitur, descriptum ex cod. Venet. 453 a Vil-

p. xxx loisonne litera B signato, qui codex nunc una cum altero 454 Parisios translatus est: *ἔνθα, λίθος περὶ εὐῶσα, θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει] ἀκύρωσ. πῶς γὰρ ἢ λίθος πέσσει; Φιλήμων δὲ ὁ Κωμικός φησιν [sequuntur senarioli apud Villoisonem sic confusi].*

ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδέποτε ἐπέισθην, οὐδὲ νῦν πείθομαι, ὡς τοῦτ' ἐγένετο [hic perperam iterantur verba, καὶ κήδεα πέσσει] ἀλλ' ὑπὸ τῶν κακῶν τῶν συμπεσόντων καὶ τοῦ συμβάντος πάθους οὐδὲ λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα, προσηγορεύθη διὰ τὸ μὴ φωνεῖν λίθος. ὁ δὲ Λυδός φησιν ὅτι Ἀσωνίδης ἐρασθεὶς αὐτῆς, μὴ πεισθεὶς [leg. πεισθείσης] τὸν οἶκον ἐνέπρησεν. ἡ δὲ φεύγουσα εὔξατο λιθωθῆναι, καὶ ἐλιθώθη. istum Lydum Villoiso Prolegomen. ad Iliad. p. XLVI not. (1) nostrum putat, probabiliter sane. is enim Lydi locus, etsi hodie non superat, tamen in libro de Mensibus potuit esse, cum aliquodpiam Niobes Cpoli collocatum simulacrum describeretur. in scholia autem Villoisoniana fac recentissime illatum esse illum locum: certe est ante saeculum 11, quo est is codex 453 peraratus.

Verum quo tempore in Codini Antiquitates insertum sit Lydi 14 nomen, id quidem multo minus potest firmari. habemus nimirum duos a variis varie interpolatos libros, qui huic Codino, incertae aetatis homini, tribuuntur, alterum de Officiis palatii, p. xxxi alterum de Originibus antiquitatibusque Cpolis. his in Originibus, ed. Lambec. Paris. e typographia Reg. 1655, fol. p. 19 A, n. 36, mentionem Lydi fieri multi putant. in narratione enim de statua quae ruens Himerium chartularium oppresserit, afferri Ioannis alicuius philosophi auctoritatem, quod is scriptum invenisset clarum quendam hominem sub hoc signo (vel per hoc signum) vita functurum: iccirco postea Philippicum Caesarem (is imperavit a. 712 et sq.) signum id eodem loco in terram defodisse. Graece sic est: Ἰωάννης δὲ τις φιλόσοφος φησιν ὅτι εὔρειν ὑπὸ τούτου τοῦ ζωδίου ἐνδοξον ἄνδρα τεθνηζόμενον. ὑφ' οὗ Φιλιππικὸς ὁ βασιλεὺς πληροφορηθεὶς ἐκέλευσε τὸ αὐτὸ ζωῖδιον ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καταχωσθῆναι. nec mehercule, si sic locum interpretamur, sicut fortasse possumus, nempe Codinum hic pro testimonio aliquem laudare Lydi locum, non, inquam, illud me movet, quod in superstitionibus hodie Lydi scriptis ea praedictio nusquam legitur. erat forsitan in illis partibus libri de Ostentis quae interciderunt; erat in libro de Mensibus: nec quicquam profecto magis convenit in Lydum, religiosum et historicum et in status describendis copiosum hominem, quam eiusmodi vati- p. xxxii cinatio. sed ecce auctor recentior ille et barbarus, cuius fra-

gmentum in Collectaneis ad calcem Codini exstat, ed. cit. p. 90, no. 182 et 183, quique istam ipsam historiam suo modo retractavit, longe aliter rem intellexit, Ioannem aliquem philosophum praesentem fuisse, cumque exclamasset apud Demosthenem se reperire vaticinium de clari cuiusdam hominis sub hoc signo interitu, e vestigio ipsi esse a Philippico Caesare imperatum ut id signum eodem loco defoderet; itaque esse factum, signum alia ratione non potuisse deleri. *Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφος φησιν ὅτι μὰ τὴν θείαν πρόνοιαν οὕτως εὗρίσκω ἐν τοῖς Δημοσθένους συγγράμμασιν, ὑπὸ τούτου τοῦ ζωδίου ἀποκτανθῆναι ἔνδοξον ἄνδρα. ὃς καὶ παρευθὺ τῷ βασιλεῖ Φιλιππικῷ πληροφοροῦσας κελεύεται καταγῶσαι τῷ αὐτῷ ζωδίῳ [Lambec. Animadvers. p. 213 emendat τὸ αὐτὸ ζῳδίου] ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. ὃ καὶ γέγονε διὰ τὸ μὴ δέχεσθαι καταλύσεως.* id omne quam recte sic intellexerit iste auctor, aliorum sit iudicium; nec res est tanti. hoc solum dico: si in loco hoc nostri non fit Lydi mentio, fit multo minus in reliquis, quoties aliquem Ioannem Codinus laudat; nec ea quae leguntur Collectan. p. 102, no. 205, de Ioanne *διακρινομένῳ*, καθὼς *Ἰωάννης ὁ Διακρινόμενος λέγει*, qui alibi (p. 97 no. 196 et p. 99 no. 199) omisso Ioannis nomine *ὁ διακρινόμενος* duntaxat vocatur (de quo scriptore exstat docta Lequienii Dissertatio in Bandur. Imper. Orient. t. 2 p. 794), in nostrum Lydum apte quadrant.

p. xxxiii

15 Restat postremo locus Ioannis Scylitzae, in quo Lydi mentionem fieri suspicati sunt nonnulli. is Scylitza historiam reliquit editione duplici, priorem vulgatam post a. 1057, cum praefectus esset sacrae vesti, alteram circa a. 1081, cum ageret palatii curam. ac priorem illam ferme integram rettulit in compendium suum historicum (vid. Harles Bibl. Gr. vol. 7 p. 724): alterius nihil est adhuc cusum praeter eam partem quae prioris editionis continuationem continet, impress. Paris. 1647, fol., ad calcem Cedreni. praeterea Montefalconius Biblioth. Coislin. Paris. 1715, fol., p. 207, ex codice Coisliniano praefationem vulgavit a Scylitza huic alteri editioni praefixam. ibi primum improbantur ab auctore Ioannes Siculus, Michaël Psellus alique scriptores aetatis illius ut exiles et infantes, et qui res maioris momenti in historiis suis praetermiserint. postea pergit Scylitza hunc in modum, Bibl. Coislin. p. 208: *ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεό-*

δωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγών, Ἰωσήφ ὁ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ p. xxxiv
 Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος [cod. sine articulo] ὁ Φρύξ,
 ὁ Ἀσιανὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος, καὶ
 ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ δμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμε-
 νος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου, καὶ ὁ
 μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προσησά-
 μενος, ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος
 δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος
 ἀποπληροῦντες σκοπόν, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώ-
 κασι διανοίας. quo in loco viri docti in Ioanne Lydo monacho
 nostrum sibi Ioannem visi sunt agnoscere. verum haud scio
 quam recte. mitto de monachi nomine, cum Lydus noster quid-
 vis potius fuerit quam monachus: sit hoc error Scylitzae. ceteri
 vero omnes quos una memorat, de quorum quidem aetate con- p. xxxv
 stat, quo tempore floruerunt? nempe omnes post imperium do-
 mus Isauricae: Theodorus Daphnopata saeculo 9 aut posterius
 (nam scripsit etiam vitam Theodori Studitae a. 826 mortui),
 Nicetas Paphlago paulo post a. 880, Genesisius circa a. 940, Leo
 Asianus post 949; ut non sit probabile inter hos tamque recen-
 tes poni scriptorem temporis Iustiniani. dein quae ait Scylitza,
 nonne ea in eiusmodi scriptores potius cadere videntur qui prin-
 cipis alicuius viri vitam, in qua elaborarent, sibi seposuerint, ut
 Constantinus Caesar Basilii Macedonis avi, ut Anna Comnena
 Alexii patris, quam in Lydum, qui antiquitates Romanas multo
 est magis quam res Iustiniani ex proposito persecutus? quare
 vel locum vitiatum esse, vel agi suspicor de quodam saeculi 10
 scriptore Ioanne, et Lydo illo et monacho: hunc autem esse aut
 omnino perditum aut certe adhuc et ineditum et ignoratum.

Post Cpolim a. 1204 a nostris hominibus captam, cum mul- 16
 tis repentinis regnis undique exortis Graecia diuturnis dimicatio-
 nibus flagraret, quemadmodum complurium aliorum, ita Lydi
 quoque reliquos in Oriente codices absumptos esse credibile est,
 praeter pauca eius et ieiuna excerpta, quibus, postquam urgen- p. xxxvi
 tibus Turcis literata Graecia in Occidentem transfudit sese, bi-
 bliothecae nostrae postremum perfugium praebuerunt. his de
 excerptis singulatim nunc dicam. suspiciosum sane et multis
 multorum erroribus perturbatum negotium, sed neque alienum a
 re, et cui iam nunc quotidianis sum studiis assuefactus. horum

igitur excerptorum, quae quidem passim ab eruditis commemorantur (nam si qua forte adhuc delitescunt, de his agere non possumus), quemadmodum ex tribus Lydi scriptis manaverunt, sic tria omnino in codicibus passim genera supersunt, ex libris de Mensibus, de Ostentis, de Magistratibus. libri de Mensibus epitomae seu chrestomathiae (ut vocat Harles. Bibl. Gr. vol. 11 p. 440) duae sunt, una longior, ab ignoto aliquo, altera brevior a Maximo Planude confecta. illa longior tributa est in partes 4: prima docet de tempore generaliter, altera de die, tertia de luna et mensibus generaliter; quarta menses suo ordine persequitur. haec epitome incipit a verbis ὀρθῶς ἄρα οἱ μνησιὰ [sic] τὸν Κρόνον: desinit, ὁ δημιουργικὸς ἀριθμὸς ὀνομάζεται. exstat, vel certe exstitit saeculis 17 et 18, in apographis quinque his.

- p. XXXVII 1) in cod. 177 bibliothecae Barberinae (Barberianam vocat bibliopola in praefat. edit. Schowionae p. VI) saeculo 15 scripto: ex hoc exemplari reliqua omnia videntur manasse.
- 2) in cod. manu Leonis Allatii ante a. 1669 perarato: nam statuerat Allatius istam epitomen in Symmictis edere suis, sed ante quam consilium exsequi potuit, ex hac vita migravit, estque instrumento eius literario collegium Graecorum Romae potitum: ex illo autem Allatiano exemplari descriptum est Marinianum, de quo post.
- 3) in codice nostro Parisiensi no. 3084, olim Regio, Emerici Bigoti manu perarato: vid. Catalogum Manuscript. Bibliothec. Reg. ed. Paris. e typographia Reg. 1739, fol., part. 2 p. 606. ab hoc Emerico Bigoto, Rotomagensi, vita functo a. 1689, viro varia laude cumulado, qui exquisita sacrarum Graecarumque rerum scientia floruit, tota paene est Italia in literato labore peragrata, ita ut plurimos tum parum notes auctores e codicibus Ambrosianae Mediceae Romanarumque bibliothecarum describeret; quae exemplaria eius manu perarata apud nos etiam nunc exstant. quare, quanquam in cod. 3084 nota originis nulla sit, nihilo eum minus Romae descriptum esse suspicor, ex Barberino illo quem no. 1 dixi; neque maior multo videtur inter eum et Allatianum, quem fere Schowius in editione expressit, discrepantia, quam quae esse solet inter duo exemplaria a

duobus eruditis viris ex eodem sed mendoso codice descripta.

- 4) in exemplari aliquo a Petro Lambecio facto, cum circa 17 a. 1650 in Italia moraretur, item, ut opinor, ex codice Barberino. nam certe assiduis Lydi laudationibus locisque ex illo transscriptis Lambecius animadversiones in Codinum suas refert Paris. e typographia Reg. 1655, fol., p. 152 no. 26 et 27, p. 153 no. 28 et 29, p. 154 no. 31, p. 155 no. 32, p. 172 no. 63, p. 208 no. 154; unde patet eum in manibus habuisse Lydum. et cum in epistola ad Franciscum Barberinum Cardinalem, eidem editioni praefixa, bibliothecam ipsam Barberinam celebret p. III, *qua post Vaticanam nihil Roma perfectius habeat aut magnificentius*, seseque ipsum p. v Romae *per integrum biennium in aula Cardinalis commorantem plus in luce illa et strepitu aulico quam in ullo academiae recessu et umbra profecisse* testatur, nonne admodum credibile fit ibidem eum in Barberina bibliotheca illum Lydi codicem offendisse? praesertim cum p. XXXIX haud sciam an usquam alibi huius epitomae Lydianae exemplar, unde suum sumeret, invenisset. etenim quod tradit vir summus Nicolaus Schow in specimine operis *περὶ μὲνῶν* (*Bibliothek der alten Literatur und Kunst, herausgegeben von TCTychsen und AHLHeeren*, fascic. 7, Göttingae 1790, 8, inter *Inedita* p. 22) et ex illo Harlesius (*Biblioth. Graec. vol. 4 p. 157 lin. 7*), ex ms Regio Parisiensi inseruisse Lambecium in Animadversiones ad Codinum loca illa, qui potuit a. 1653? quod eo tempore nullus omnino erat Regius codex, qui contineret haec fragmenta: nam Bigotinus no. 3084 quem dixi, illatus in bibliothecam Regiam a. 1706 est, una cum aliis codicibus amplius 450 eiusdem originis (v. *Mémoire historique sur la Bibliothèque du Roi, in Catalogue des livres imprimés de la Bibliothèque du Roi. Première partie. A Paris, de l'imprimerie Royale. fol. p. XLV*) multis annis post editum Codinum.
- 5) in exemplari quod ex literario instrumento Allatii descriperat cl. abbas Marinius, interque schedas suas a. 1789 servabat. *advertit primum ad hunc Lydum*, ait vir cl. Nicolaus Schow (loco cit. *Bibliothek der alten Literatur* etc.

p. XL

p. 23), *animum meum exemplar ex relictis Allatii chartis descriptum, quod clarissimus et eruditissimus abbas Marinus, archivi Vaticani praefectus, mihi perlegendum dedit.* idque exemplar, cum insignem eius valorem ac utilitatem perspiceret, cum codice 177 bibliothecae Barberinae (quem p. xxxvi no. 1 posui) contulisse sese Schowius ibidem ait.

Ita maiorem hanc epitomen, de qua iam dudum loquimur, quinque in exemplaribus exstare, vel exstitisse, intelligi potest.

18

Venio ad minusculam, quam in solis duobus superesse puto, uno cod. Palatino biblioth. Vaticanae no. 141, a Schowio l. cit. *Bibliothek der alten* etc. p. 23 memorato, altero nostro Regio no. 1409 (olim 1185, 1299, 3367) fol. 77 *recto*-84 *recto*. ex hoc Regio codice Salmasius locum de tribus Eryli animis hausit, *ὅτι Ἐρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν — οἶον τῆς ὕλης, ἐστίν* (vid. not. et animadvers. in Epictet. et Simplic. Lugduni Bat. 1640, 4, p. 255): ex eodem Boivinus Chaldaïca oracula inserta in notas ad Nicephorum Gregoram ed. Reg. Paris. 1702, fol. est autem haec epitome in cod. Regio anonyma, in Palatino adscribitur Maximo Planudi. incipit *ὅτι Ἐρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν*: desinit

p. xli

in capite de fulgurum vi et causa, *τῶν μέντοι κεραυνοβλήτων τὰ σώματα ἄταφα κατελίμπανον οἱ πάλαι, ἀδιάφθορα μένοντα· τῆς γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑγρότητος ἀναρπασομένης ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὥσπερ ἀποπηθέντα διαμένειν πέφυκεν.* quam quidem epitomen haud scio an recte Schowius ibid. p. 23 scripserit cum prooemio operis finiri, hoc est, ex priore sola libelli parte hausisse Planudem, reliquam omnino non attigisse. etenim, ut hoc utar, quis non videt minoris epitomes caput illud de fulgurum vi, *ὅτι τοὺς κεραυνοὺς φασὶ γίνεσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται· τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς γεώδους οὐσίας ἐξαφθείσης κ. τ. λ.*, quod in p. 53 editionis Schowius suae retulit, excerptum esse non ex prima sed e postrema libelli parte, ubi breviator prior anonymus habet (ed. Schow. part. 4 mens. Decembr. c. 2 p. 127) *τοὺς κεραυνοὺς οἱ φιλόσοφοί φασὶ γενέσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται· τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς κ. τ. λ.* ex quo apparet non continuisse sese in excerpando principio libelli Planudem, sed ad media quoque vel ad extrema potius processisse, sic tamen

ut excerpta sua tum breviora sint quam altera, tum multo etiam magis perturbata. ex ambabus autem epitomis editionem libelli de Mensibus, de qua mox, Schovius confecit.

p. XLII
19

Fragmenta ex libro de Ostentis, quae quidem doctorum mentionibus enituerint, quattuor invenio, de tonitribus in dies singulos, de terrae motibus, de ortu siderum, de tonitribus generatim. horum priora duo edita sunt. primum *de tonitribus in dies singulos*, primo commemoratum ab Ioanne Meursio in notis ad Leonis Tactica ed. Lugdun. Bat. 1612, 4, est pars de fulgurali P. Nigidii Figuli libro, quam Lydus Graece versam in medium libellum de Ostentis transtulerat. inscribitur in ipso Lydo Ἐφήμερος βροντοσκοπία τοπικὴ πρὸς τὴν σελήνην, κατὰ τὸν Ῥωμαῖον Φίγουλον, ἐκ τῶν Τάγητος, καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν. inc. εἰ ἐπὶ πάσαις τῆς διοσημείας παραδόσει τὴν σελήνην φαίνονται. des. ταύτην τὴν ἐφήμερον βροντοσκοπίαν ὁ Νυγίδιος οὐ καθολικὴν ἀλλὰ μόνης εἶναι τῆς Ῥώμης ἔκριεν. de hoc fragmento vide virum cl. de Burigny, De vita et scriptis P. Nigidii Figuli, *Histoire de l'Académie des Inscriptions*, tom. 29, Paris. 1764, 4, p. 197. exstat, quantum comperi, in codicibus duobus, altero Palatino, unde descripsit Meursius, ante annum 1612 Heidelbergae moratus; utque video ex catalogo mss Graecorum in bibliotheca Palatina Electorali, a Friderico Sylburgio confecto (in Miegii Monument. pietat. et literar. Francofurti ad Moenum 1701, 4, p. 92 sqq.), codex iste tum erat trecentesimus duodecimus inter Palatinos: eum arbitror adhuc alicubi latitare inter Palatinos bibliothecae Vaticanae. 2) altero Veneto 324, fol. 284 verso-287 verso. (vid. Graec. D. Marci Bibliothec. codd. mss per titulos digest. praesid. Laurent. Theupol. Venetiis 1740, fol. p. 149): is nunc Parisios translatus codex est. hoc autem P. Nigidii Figuli quicquid est, Rutgersius edidit, ut mox dicitur: secundum fragmentum libri de Ostentis, *de terrae motibus*, Schovius vulgavit, ad calcem libri de Mensibus, p. 130. incipit: ταῦτα μὲν ἂν τις πρὸς τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἐνορῶν. des. ibid. p. 134: ἀναλόγως τοῖς κακοῖς εὐφροσύνη. id fragmentum ex postrema parte libri de Ostentis sumptum exstat in codicibus item duobus, 1) uno bibliothecae Angelicae in coenobio S. Augustini alla Sapienza Romae (v. Iugler Biblioth. literar. t. 1 Ienae, 1754, 8, c. 3 § 19 p. 289. Montefalcon. Diar. Italic. Paris.

p. XLIII

1702, 4, p. 249), quo ex codice hoc fragmentum edidisse sese Schowius ait edit. libri de Mensibus p. 130. 2) altero Veneto 324, quem supra dixi: ibi legitur fol. 287 verso-288 verso.

p. XLIV

20

Tertium fragmentum libri de Ostentis, idque graece ineditum, *kalendarium* est, de recessu reversionibusque siderum, illi non dissimile quod Ovidii Fastis praefigi solet. id *kalendarium* subiecerat Lydus extremo suo libro; utque fulgurum notationem ex Nigidio Figulo, ita stellarum ex Claudio Tusco illo sumpsit, qui a Servio ad Aeneid. 12 647 (ed. Burmann. t. 4, Amstelædam. 1746, 4, p. 75) Clodius Tuscus nominatur. *kalendarium* inscribitur sic: Ἐφήμερος τοῦ παντός ἐνιαυτοῦ σημεῖωσις ἐπιτολῶν τε καὶ δυσμῶν τῶν ἐν οὐρανῷ φαινομένων, ἐκ τῶν Κλαυδίου τοῦ Θούσκου, καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν. incipit: Ἰανουάριος. α'. ὁ ἥλιος ὑψοῦται. des. in ultimo anni die, κρυφία ταραχὴ καὶ ἀνεμώδης· ἄρχεται ἀνίσχειν ὄδε (f. ὄ,τε) δελφῖν καὶ ὁ ἥλιος, εἰς ὕψος. idque *kalendarium* Graece quidem ineditum est, ut dixi: Latine, a Leonico Thomaeo translatum, saepe vulgatum est, primum ex officina Hervagii ad calcem Iulii Firmici atque Quadrupartiti Ptolemaei Latine versi, Basileae, 1533, fol., p. 79—84, sub titulo *Cl. Ptolemoei* (sic) *inerrantium stellarum significationes*; posterius in Uranologio Dion. Petavii, Lutet. Paris. 1630, fol., p. 92—101; postremum in nova editione Doctrinae temporum Petavianae, t. 3, Antverp. 1703, fol., p. 54—59. exstat autem id *kalendarium* in codicibus bene multis.

p. XLV

- 1) in cod. Parisiensi no. 2381, olim Regio 2432, fol. 75 recto-76 verso. v. Catalog. impress. part. 2 p. 492. Kuster. ad Suidam t. 2 p. 131. item supra p. xxix: is codex est saeculi 14, videturque antiquior quam subsequentes omnes.
- 2) in codice 177 biblioth. Barberinae, de quo supra p. xxxvi. Harles. Bibl. Graec. vol. 4 p. 157 lin. 30.
- 3) in codice Regio 1991 fol. 17 verso-24 verso, laudato sub no. 2137 a Ducangio Glossar. Graecitat. t. 2, Lugdun. 1688, fol., in indice auctor. column. 27, 31, 35 etc. is codex cum hoc *kalendarium* continet, tum alia multa astronomica; neque tamen opus Lydi *de terrae motibus eorumque signis*, quod Villoiso Prolegomen. ad Iliad. p. xlvi nota (1) in hoc codice esse scribit, in errorem inductus opinor a Catalogo

impresso nostro codicum Graecorum, p. 429, ubi Lydo nostro perperam tribuitur anonymi alicuius fragmentum de terrae motibus, incipiens *Καιθόλου τοίνυν περι τῶν ἐν τῇ γῆ γινομένων σεισμῶν*. quod autem supra, p. XLIII, dixi fragmentum Lydi de Terrae motibus, *ταῦτα μὲν ἂν τις πρὸς τὰς φυσικὰς ἐννοίας*, id iĒo ex codice omnino abest: Cl. vero Tusci kalendarium inest, inque Catalogo impresso ibid. p. XLVI p. 429 ima, no. 4, his verbis commemoratur: *Anonymi kalendarium sive ephemerides, in quibus astrorum ortus et occasus etc.*

4) in codice Parisiensi no. 3084, olim Regio, a Bigoto Italianam lustrante (v. supra p. XXXVII) ita perarato, ut epitomen maiorem illam libri de Mensibus kalendario hoc nostro subiecto terminaret.

5) in exemplari Mariniano superius memorato p. XXXIX, Harles. loco cit. vol. 4 p. 157 lin. 22.

Quibus ex quinque codicibus quamvis duos Schowius Romae in manibus habuit, Barberinum videlicet et Marinianum, tamen ad suam editionem kalendarium Tusci non adiunxit, credo quod videret ad librum de Mensibus nihil pertinere. quartum fragmentum libri de Ostentis, *de tonitribus generatim*, aequae ineditum illud quidem, in codicibus inscriptum esse solet: *Ἰωάννου Λαυρεντίου Λυδοῦ, Φιλαδελφῆως, ἐπὶ τῆς βασιλείας ὄντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου καὶ Ἀναστασίου, περὶ βροντῶν. inc. πολλῶν καὶ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντων ὅσα τοῖς φυσικοῖς περὶ βροντῶν ἐδόκει. des. ἀνὴρ δυνατὸς καὶ βαρῦς τοῖς πράγμασιν.* invenitur in codd. duobus, 1) in nostro Regio 2381, fol. 70 verso-71 recto, 2) in Veneto 324, fol. 282 verso-284 verso: verum ibi titulo ita evanido, ut confectores Catalogi codd. Graec. biblioth. D. Marci loco supra citat. p. 149 lin. 31 ultra priora septem verba nihil potuerint extricare; isque titulus sic mutilus, *Ἰωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφῆως Λυδοῦ, ἐπὶ τῆς βασιλείας*, ab Harlesio etiam Biblioth. Graec. vol. 4 p. 158 lin. 29 repetitus, quo dixi modo ex cod. Regio 2381 supplendus est.

In libro denique de Magistratibus praeclare animadverti potest est plus temeritatem et casum quam ullam aliam causam ad scripta veterum conservanda valuisse. nam libri de Mensibus, ut modo exposuimus, epitomae duae exstant, libri de Ostentis

fragmenta quattuor. operis vero de Magistratibus adeo nihil per fragmenta epitomasque ad nos pervenit, ut nisi qua singularis fortuna Caseolinum codicem ex intima Graecia eruisset, tertio isto ex Lydi scriptis fere toto careremus. neque enim audiendus Ducangius Glossar. med. et inf. Graecitat. sub v. Σιλεντιάριος column. 1371, ubi fragmentum affert ex libro *περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν*. istum enim locum (opinor) ex Lambecii animadversionibus ad Codinum ed. Reg. p. 208 no. 154 sumsit, ubi haec leguntur: *ratio autem nominis silentiariorum in excerptis ex Iovannis Lydi libro περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν haec habetur: ἐδόκει μὲν*

p. XLVIII *μηκέτι ἐπὶ ἀγορᾶς, ἀλλ' ἐν τῷ παλατίῳ τὴν βουλήν συνάγεσθαι· τὴν δὲ τοιαύτην σύνοδον κομβέντον ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν, ἀντὶ τοῦ συνέλευσιν. σιγῆς δὲ τοῖς πολλοῖς βουλευομένοις δεῖ. διὰ τοῦτο ἐκ τῆς περὶ τὴν σιγὴν σπουδῆς (σιλέντιον δ' αὐτὴν πατρῶς καλοῦσι) σιλεντιάρους ἔκριναν ὀνομάζειν αὐτούς.* at vero ille locus non libri de Magistratibus, sed libri de Mensibus est, ed. Schow. p. 11 c. 9; unde suspicor insperato eo repentinoque libri de Magistratibus titulo praeter veritatem se iactasse Lambecium, neque magis illi quam reliquis mortalibus huius libri potestatem tunc esse factam. glossae autem quaedam a Ducangio in Lexicon Graecitatis receptae, aequae Fussio in notis p. 22 et 214 commemoratae, vere quidem ex libro de Magistratibus manant: verum eas qui scire potuit inde vel omnino Lydi esse? quoniam nullum auctoris nomen additum iis est. nec praeterea in nostris Graecis codicibus (sunt autem omnino ad quattuor milia) neque in ullis aliarum bibliothecarum quamvis studiose tractatis catalogis Lydo inveni tribui quicquam quod quidem ad librum de Magistratibus pertineret, praeter paucos versiculos in cod. Reg. 1630 (olim 2216 et 3502), fol. 100 verso, inscriptos Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἰωάννου τοῦ Φιλαδελφέως. qui sunt huiusmodi: *φασὶ γὰρ τὴν Νέμεσιν τὰ γλαφυρὰ τῶν πραγμάτων εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπειν, ταῖς*

p. XLIX *ὑπερβολαῖς τῆς τύχης, ὡς φησι Νουμήνιος, τῷ ἑαυτῆς τροχῷ τὴν ἰσότητα ἐπάγουσαν. ὅθεν ὁ Μεσόδημος οὕτω πως πρὸς αὐτὴν· Ἐπὸ σὸν τροχὸν ἄστατον, ἀστιβῆ, χαροπὰ μερόπων στρέφεται τύχα.* quorum locorum priorem Numenii Pythagorici arbitror (de quo Harles. Bibl. Gr. vol. 1 p. 854 et vol. 3 p. 179) a Lydo etiam de Mensib. part. 3 c. 11 p. 45 16 commemorati. postremi versus ex Mesomedis sive Mesodemi sive Mesimedis sive Mesodmae (tot

enim modis scribitur, Harles. Bibl. Gr. vol. 2 p. 130) carmine nobilissimo in Nemesin sunt, in cod. Reg. 2532, olim 3221, cum modorum musicorum signis exstante. totum autem hoc fragmentum a Boivino sibi communicatum Burettus Actis Paris. Acad. Inscript. t. 5, Paris. 1729, 4, p. 189, e cod. 1630 quale ante rettulimus tale vulgavit, nisi quod pro οὕτω πως legit vel correxit οὕτω πον. idque fragmentum, si modo fuit, in parte perditam libri de Magistratibus fuisse necesse est: certe in his quae hodie exstant non invenitur.

Ad haec igitur septem tam disiuncta tamque lacera fragmenta 22 renatis literis quinque potissimum eruditi viri eo consilio ut ederent (non loquor de uno qui vertere voluit) accesserunt. nullus tamen ad omnia coniuncta, sed fere ad singula singuli. primus p. I Ioannes Meursius, ut erat reconditarum literarum amator, ante a. 1612 Heidelbergae ex cod. Palatino 312 descripsit Nigidii Figuli ephemeridem, de qua superius dixi. verum cum aliis rebus abstraheretur, consilium eius edendae abiecit, inque notis ad Leonis Tactica (Lugd. Batav. 1612, 4, p. 447) ita ait: *Checi codex hic citat etiam Ioannis Lydi Diurnam menstruamque observationem. intelligit vero eo nomine Nigidii Figuli de tonitruum per singulos menses et dies significatione librum, quem Lydus hic e Latina lingua in Graecam transtulit. exstat ipsum opus in bibliotheca Palatina, ubi nos ante quinquennium, cum illic ageremus inter peregrinandum, descripsimus, et edendum dedimus Iano Rutgersio, praestantissimi ingenii et multarum literarum iuveni.* neque diu post Rutgersius, etsi erat publicis negotiis distentissimus, traditas a Meursio sibi partes egit. namque in libros sex Variarum lectionum, Lugdun. Batav. 1618, 4, editos, Gustavoque alteri Suecorum regi (hoc est Gustavo Adolpho illi qui a. 1632 in Germania proelians oppressus est, cui erat a consiliis Rutgersius) inscriptos, totam Nigidii ephemeridem p. 247—260 rettulit, e Meursiano apographo expressam. quamquam neque in ipso opere neque in libro de vita sua (Lugdun. p. LI Batav. 1646, 4) unde ephemeridem eam sumpserit indicavit. Meursianum autem apographum nihil minus videtur fuisse quam emendatum. nam Rutgersii certe textus innumeris repletus est erroribus. statim ab initio p. 247 lin. 1 pro ἐπὶ πάσης scribendum est, ἐπὶ πάσαις. lin. 3 legitur τὴν σελήνην οἶκον ἐπιλέξατο:

emenda τὸν σελήνης οἶκον ἐπιλέξαιτο. lin. 4 et 5 ὥστε ἀπὸ τοῦ
 6 καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφήμερον ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς νοσηνίας
 κατὰ τοὺς σεληνιακοὺς μῆνας λειψόμεθα τῶν βροντῶν ἐπίσκεψιν:
 emenda ὥστε ἀπὸ τοῦ καρκίνου καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφήμερον ἀπὸ
 τῆς σεληνιακῆς νοσηνίας διακοσμήσαντες, κατὰ τοὺς σεληνιακοὺς
 μῆνας ληψόμεθα τῶν βροντῶν τὴν ἐπίσκεψιν. nec saniora sunt
 quae sequuntur: ut ephemeris illa, quemadmodum est apud
 Rutgersium, non tam vera Lydi nec germana quam vitiosa prorsus
 et adulterina esse merito sit putanda.

- 23 Tertius autem ad vulgandum Lydi aliquid se applicavit
 acerrimus ineditorum librorum investigator, Leo Allatius Chius,
 cum Alexandri VII pontificatu bibliothecam Vaticanam custodiret.
 is et maiorem epitomen libri de Mensibus in cod. Barberino 177
 p. LII (vid. supra p. xxxvi) in manibus videtur habuisse; et postquam
 bibliothecam Palatinam Heidelbergae in urbem ipse transtulerat,
 minorem a Planude factam in cd. Palatino 141; nec minus pri-
 mum et tertium fragmentum libri de Ostentis, nimirum epheme-
 ridem Nigidii Figuli in Palatino 312, kalendarium Cl. Tusci in
 Barberino 177. quae an omnia edere voluerit, non constat: maiorem
 epitomen libri de Mensibus voluisse indicat indiculus
Συμμικτων eius, ab Andrea Peschiullo Romae 1668, 4, foras
 datus, a Fabricioque recusus *Bibl. Gr.* vol. 14 p. 1 — 21; ubi in-
 ter ea quibus librum quartum *Symmictorum* terminare statuerat
 Allatius, reperiuntur p. 6 no. 46 “*ex Ioanne Philadelphensi
 excerpta, inc. Ὁρθῶς ἄρα οἱ τὰ μυθικὰ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ
 παῖδας.*” quod esse initium maioris illius epitomae p. xxxvi de-
 monstravimus. sed Allatio a. 1669 post laboriosissime actam vitam
 extincto, rursus crassa quaedam Vaticanae bibliothecae offusa
 caligo est, quod qui ei proxime successerunt, si minus a doctri-
 na, certe ab industria eius multum aberant; nec illa in octo po-
 sterioribus *Symmictorum* libros referenda ad 175 tam Graeca quam
 Latina opuscula, quorum pleraque ne hodie quidem lucem viderunt
 nec unquam videbunt, tum sunt e scriniorum tenebris ab eo
 p. LIII eruta. item instrumento literario eius inchoatisque commenta-
 riis, qui erant magno numero, infesta posthaec fortuna fuit, nisi
 si quos literati viri ab interitu vindicaverunt, velut apographum
 epitomae Lydianae ab eo factum; quod et vidit Romae Nicolaus
 Schow, et ad editionem libri de Mensibus recte adhibuit.

Fuit etiam qui animum ad Lydum intenderet Iosephus de 24 Iuliis, in bibliotheca Vaticana et in Collegio urbano de Christianorum persuasione propaganda Graecarum literarum interpres, homo doctus, cuius exstat brevis manu ductio ad linguam Graecam, Romae 1681, 8. de hoc ita Raphaël Fabretti in Syntagmate de Columna Traiana Romae 1683, fol., c. 6 p. 153: "*rationem vero huius ritus [circumducendi aratri in urbibus auspiciato condendis] primum vidi apud Ioannem Laurentium Lydum Philadelphiensem, nuper Latio donatum ab eruditissimo amico Iosepho de Iuliis, et iamiam e manuscripto apud ipsum, mutilo quamvis, publicam lucem inspecturum: ratio, inquam, haec est. μετὰ δὲ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναγορεύσει τῆς πόλεως τελετὴν ζεύξας ταῦρον μετὰ δαμάλεως περιῆλθε τὸ τεῖχος, τὸν μὲν ἄρρενα ἐπὶ τὴν τοῦ πεδίου πλευρὰν ζεύξας, τὴν δὲ θήλειαν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως μέρος, ὥστε τοὺς μὲν ἄρρενας τοῖς ἔξω γίνεσθαι φοβερούς, τὰς δὲ* P. LIV *θηλείας τοῖς ἔνδον γονίμοις.*" quo ex loco constat, quod habuerit Iosephus de Iuliis, id aequè fuisse maiorem illam Lydianam epitomen: nam illa ipsa verba habet ed. Schow. part. 4 mense April. c. 6 p. 98, nisi quod ibi perverse γονίμοις pro γονίμοις. sed aliquis fatalis fuit casus, qui rursus eam epitomen, lucem ne aspiceret, impedivit. ut enim Allatium vidimus, item Iosephus de Iuliis, prius quam affectam editionem perficeret, obiit; fuitque adeo hoc Allatio infelicioꝝ, quod quae ipse commentatus in Lydum est, ea sive omnino ad nihilum venerunt sive certe adhuc latent; quae Allatius, cum in eruditorum hominum manus incidissent, si minus tota, attamen aliqua ex parte nobis se aperuerunt.

Etenim paulo iustiore fortuna octavo decimo saeculo Lydus 25 uti coepit. minus quidem in Gallia, Ludovici 15 principatu, cum Ioannes L. de Burigny, vir historicis scriptis notus, fragmentum libri de Ostentis, de tonitribus in dies singulos, Gallice vertere voluit, *Histoire de l'Académie des Inscriptions* tom. 29 p. 197, quoniam ea versio concepta magis est quam coepta, to- p. LV tunque consilium ad exitum non pervenit. magis in Italia, Pio sexto pont. max., cum nobili per has regiones peregrinatione Romam venit Nicolaus Schow Danus, clari nominis philologus, cuius singularem nostris in literis eruditionem iam tum testatae erant Heraclidis Allegoriae Homericae Gottingae 1782, 8, ab

Ioannes Lydus.

illo editae; tum per ipsum Italicum iter vulgatae de charta papyracea Musei Borgiani docta commentatio, Romae 1788, 4, et de nuno Ulpiae Pautaliae ad Stephanum Borgiam Cardinalem epistola, Romae 1789, 4. huic igitur, cum esset Romae, clarissimus abbas Marini, tabulario Vaticano praefectus, monstravit maiorem illam anonymamque libri de Mensibus epitomen, *ex relictis*, ut Schowii verbis utar praefat. ed. p. 6, *Leonis Allatii chartis descriptam*. qua perlecta Schowius, qui ineditam animadvertisset, eius editionem illico meditari, eamque cum cod. Barberino 177 (vid. supra p. XL) conferre, alteramque eiusdem libri epitomen, quae a Maximo Planude facta dicitur, ex cod. Palatino 145 item describere sibi coepit, ut exponit ipse in epistola Roma Nonis Maiis 1789 ad Harlesium data; quam epistola p. LVI iam Harlesius in Bibl. Gr. vol. 4 p. 157 inseruit. quodsi postea Schowius cum illo tanto acumine, quale in papyro Borgiana illustrata inque Hesychio Lipsiae 1792, 8, emendato declaravit, curam cogitationemque aliquam in utraque epitome perpurganda posuisset, omninoque studiorum nostrorum perrexisset tenere viam, profecto epitomarum illarum editionem conficere potuit et emendatam maxime, et cum cuiusvis Graecarum literarum studioso, tum imprimis nobis in hac opera nostra mirabiliter (opinor) profuturam. sed ea omnia (dicam ut res est) paulo aliter ceciderunt.

26 Etenim Schowius ut Havniam se rettulit, cum eximias eius virtutes populares perspexissent, magno loco in regno esse, plurimisque et honestissimis muneribus in se collatis scripta sua continere, quaeque in animo habebat de antiquitate illustranda, ea in aliud tempus differre coepit. at interim Lipsiae ex apographo eius in bibliotheca Weidmanni cusus iam erat textus utriusque epitomae, adiuncto in fine capite de terrae motibus, *ταῦτα μὲν ἄν τις κ. τ. λ.* quod secundum ex quattuor fragmentis libri de Ostentis esse p. XLIII demonstravi; praefatio, emendationes,

p. LVII notae ex Dania summittendae summe exspectabantur. quas cum diutius morari intelligerent bibliothecae procuratores, ad extremum desperantes de Schowio, statuerunt ut textus Graecus cum brevibus capitum argumentis Latine scriptis, qualis iam esset impressus talis ederetur, sine notis ullis, praeter paucas de lectionum varietate. additur insuper index; item praefatio. editio

prodit sub titulo eiusmodi: *Ioannis Laurentii Philadelphiensis Lydi Opusculum de Mensibus* [quanquam potius scribendum fuisset, *Excerpta ex Ioann. Laurent. Philad. Lydi Opere de Mensibus*] *ex codd. mss biblioth. Barberin. et Vatic. et fragmentum de Terrae motibus ex cod. bibl. Angelicae Rom. Graece edidit, varietatem lectionis et argumenta adiecit Nicolaus Schow etc. Lipsiae in libraria Weidmannia 1794, 8.* huius editionis censurae complures exstant *Erlanger Literaturzeitung* 1794 p. 542-47, *Göttinger Gelehrte Anzeigen* 1794 part. 2 p. 1273 — 1276, *Jenaer Literaturzeitung* 1794 part. 4 p. 515 — 517. cf. *Allgemeines Repertorium der Literatur für die Jahre 1791 bis 1795. Erster Band. Erste Hälfte, Weimar 1799, no. 700.* sed huic editioni, etsi id secundissimum accidit ut ex auctoritate viri omnibus doctrinis ornatissimi Ch. Dan. Beckii vulgaretur, isque, quatenus per procuratores librariae licebat, suas quidem partes p. LVIII praeclare ageret, tamen, sicut ostendimus, commentarius et notae, necessariae illae quidem propter rationem epitomarum, omnino desunt. quae enim Lydus ex tot diversis voluminibus eruit, ea cum a librariis tum a brevioribus multis mendis adeo sunt foedata, ut textum ea conditione, qua nunc est, perlegere singulaque in eo intelligere nemo sane facile possit.

Velut, ut uno folio temere arrepto demonstratur quod dici- 27 mus, ed. Schow. part. 4 mens. Octobr. c. 1 p. 124 lin. 8 sqq. leguntur haec: ἐν τῷ ΒΟΥΣΤΙΩ (οἶον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ) εἰς τιμὴν Τιβερίου οἱ σεβαστοφόροι ἐχόρευον· τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οἱ ἰδιῶται Ἀγούστιον (1. Ἀγουστειῶν) καλοῦσιν. sed in notis ad Codin. ed. Reg. p. 155 iam exstabat is locus a Lambecio prolatus; ibique recte legitur ἐν τῷ ΓΟΥΣΤΕΙΩ: quod confirmat cum ipse Codinus Lydum exscribens p. 16 c: τῇ πέμπτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐχόρευον οἱ δεγεονάρχαι [1. δεγεωνάρχαι.] ἐν τῷ Γουστειῳ ἤγουν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ τὸν καιρὸν· tum Suidas ed. Kuster. tom. 1 p. 377, sub v. Ἀγουστός. *Gustum* autem sive forum cibarium quid fuerit Ducangius docet Cpoli Christiana. statim post lin. 18: περὶ τοῦ p. LIX δουρίου ἵππου ὁ Εὐφορίων φησὶ πλοῖον γενέσθαι τοῖς Ἑλλησιν ἵππον λεγόμενον· ἕτεροὶ φασὶ ΠΟΛΙΝ γενέσθαι οὕτω προσαγορευομένην ἐν τῇ Τροίᾳ, δι' ἧς εἰσῆλθον οἱ Ἕλληνες. et Schovius una pagina in lemmate huius capituli: *equum ligneum, per*

quem Troia expugnata est, Euphorion navem, alii urbem fuisse credunt. at quis non videt legendum ἕτεροί φασι ΠΥΛΗΝ γενέσθαι? quod castam esse lectionem tam sententiae concinnitate quam fabularum Troicarum explicationibus confirmatur. et paulo post p. 125 lin. 1: Ἀσκληπιοὶ τρεῖς λέγονται γενέσθαι, πρῶτος Ἀπόλλωνος τοῦ Ἡφαίστου, ὃς ἐξεῦρε μῆλην· δεύτερος (Ἰσχύος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος) ὀρίοις ἐτάφη· τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου. οὗτος εὔρε τομὴν καὶ ὀδοντάγραν, καὶ τάφος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ. is locus partim depromptus est ex Clementis Alexandrini Cohortatione ad gentes (lib. 1 ed. Potter. t. 1 Oxonii 1715, fol. p. 25), partim vel e Cicerone, vel ex Graeco scriptore illo quem Cicero exscripsit de N. D. 3 22: *Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse primusque vulnus dicitur obligavisse: secundus secundi Mercurii frater; is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris: tertius Arsippi et Arsinoae, qui primus purgationem alvi* p. LX (in Lydo tamen τομὴν) *dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit; cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur.* verba autem, δεύτερος ὀρίοις ἐτάφη, comple sic: *ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΤΝΟΣΟΤΡΙΑΟΣ ὀρίοις ἐτάφη.* Fl. Clemens loco cit. p. 26 lin. 8:

Ζεὺς γὰρ κατακτὰς παῖδα τὸν ἕμὸν αἴτιος,

Ἀσκληπιόν, στέρονοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραννωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσοῦριδος ὀρίοις. sustineo me hoc loco, mendaque deinceps sequentia, quotquot sunt, non exsequar, quod satis demonstratum esse arbitror ad perpurgandum, prope dicam, ad legendum libellum de Mensibus opus esse aliorum auctorum collatione, cum antiquiorum, quos exscripsit Lydus, tum recentiorum, qui eo ex libro hauserunt, Suidae, Eudociae Augustae, Codini, scholiastarum aliquot, glossarum denique lexicis Cangiani, quatenus huc pertinent, ex integro opere de Mensibus vel ex epitomis delibatae. quorum omnium investigationem si vel Schowius suscepisset vel Beckius, haud erat sane quod quisquam meliores interpretes requireret: sed horum alterum officia regia impediverunt, alterum studia diversa eaque clariora; quae adeo ornat, ut plane non fuisset pro-

p. LXI bandus, si ingenium, quo auctores illustrat liberae illius atque fortunatae Graeciae, in scriptore inclinatae consumpsisset. nec

memet ipsum hic consistere patitur praefationis institutum: quare si qua sunt praeterea quibus editio Schowiana emendari possit, sicut sunt, ea commodius in notis ad librum de Ostentis exponentur *).

Sed illuxit tandem aliquando laetior Lydo dies a. 1784, cum 28 Cpoli ageret Christianissimi regis ad portam Othomanam splendidus legatus, Gabriel Augustus de Choiseul-Gouffier, publicarum rerum scientia non minus quam gloria maiorum clarus, et in utramque academiam illo iam tempore cooptatus, cum in eam quae Inscriptionum vocabatur, eruditissimis acutissimisque hominibus maxime tunc florentem, tum in alteram, cuius glorioso labore et Francorum literae immortaliter illustratae sunt et incorrupta est sermonis nostri integritas constanter conservata. is nobilissimus vir, liberalium artium omnisque humanitatis laude commendatus, cum in primo iuventutis flore et maximarum rerum cursu esset, iam tunc prae doctrinae studio delicias aspernatus Graeciam lustrare statuerat, et antiquorum hominum manes ac species interrogare, per tot urbium, Athenarumque ipsarum, caeca vestigia passim errantes. qua in peregrinatione quam curiosum sese exhibuerit politissimae vetustatis indagatorem, literatus homo in Europa nemo est qui nesciat. quamobrem mihi quidem dignus profecto videtur fuisse qui non Lydum nostrum, sed principem aliquem ex Graecis scriptoribus, maxime autem e poëtis, qui perierunt, ab inferis excitaret, Menandrum videlicet et Sophronem, vel Sophoclem aut Pindarum ex his quorum scripta non parum plura amissa quam retenta sunt. ad quem enim potius eiusmodi inventionem pertinere dicamus, quam ad eum qui non minori dicendi artificio quam cognoscendi peritia, quaecunque sibi Graeciam peragranti occurrerant, tam vividis coloribus expressit, ut omnes intelligerent nihil esse non oratoria tantum eius sed poëtica etiam facultate praestantius. verum

p. LXII

*) De Mensibus excerpta post Schowium Guil. Roetherus recognovit atque emendavit, e Graeco in Latinum convertit et perpetua cum sua et Schowii tum Hasii et Creuzeri aliorumque adnotatione instruxit, indicemque copiosissimum adiecit, Lipsiae et Darmstadii, a. 1827. codice is usus est Parisino 3084, adiutore Laurentio Nökkio, qui multos mathematici argumenti locos ingeniosissime partim emendavit partim explanavit.

fortuna hic etiam, ut saepe, parum aequa fuit. nam cum, ut dictum est, Cpolim missus esset, dilectamque suam Graeciam velut redintegrato amore complecteretur (eo melius quo publici muneris auctoritas opportunior erat), haberetque secum eruditissimum hominem Ioannem B. C. d'Ansse de Villoison, is, ut erat acerrimus antiquorum codicum investigator, Graecorum monasteria percupide quidem, sed frustra concursavit. cum autem ad Bosphorum in suburbano Graeci cuiusdam literati ex Constantini Morusi principis affinitate libros quosdam veteres pertractaret, invenit cum alios pretiosos, tum in primis unum Lydi opera de Ostentis deque Magistratibus continentem. hunc statim illustrissimo legato de Choiseul indicat; qui cum significasset se in desiderio esse eius codicis, eum paulo post a Constantino Morusi principe dono accepit. erat enim is Constantinus Bei Morusi tum ipse acuto et subacto ingenio, tum adversus literatos studio singulari; cumque paulo ante Valachiam summo cum imperio administrasset, tunc in hortis ad Bosphorum amoenissimis inque mirifica librorum suorum bibliotheca felicitate magis stabili quam unquam antea fruebatur. ita hos amplissimos viros, quos iam sociaverat studiorum similitudo, tum magis etiam coniunxit Lydi liber dono missus et acceptus, quemadmodum antiquis temporibus, ad quae saepe animum illi referebant suum, claros homines legimus xeniiis ultro citroque datis amicitiam confirmasse.

29
p. LXIV
Quamquam ne sic quidem Lydus statim lucem aspexit, quod in consecuta regni Gallici eversione subitoque casu, quo Europa omnis contremuit, nullus Lydo locus supererat. nam primum ipse codicis possessor, coactus patriae fines fidelitati suae interdictos longe respectare, aequae legatione in exilium voluntaria vice traductus, a Serenissima Augusta, quae tunc latissimum imperium aquilonari plaga gloriose gubernabat, ut ad eam se conferret honorificentissime invitatus est. quo cum secessisset, et ipsa quanti eum faceret, quantum crederet, documenta maxima dedit; et filius item eius meliore fortuna dignus Paulus imperator, cum esset liberali ac magno animo praeditus iustisque atque rectis voluntatibus, amplissimum virum beneficiis plurimis ornavit, afflictum erexit, extorri penates dignitatemque reddidit: mandavit demum supremam curam cum omnium bibliothecarum imperialium tum academiae Caesareae, qua nihil usquam magnificen-

tius, nihil splendidius ab ullo superiorum saeculorum rege in liberalium artium commodum institutum est. ita cum esset in maximo imperio summus artium et omnis humanitatis arbiter et quasi procurator excitandis ac propagandis studiis electus, in nobilissimi muneris occupatione nihil temporis reliquum habuit quod Lydo impenderet, omnemque potius mentem cogitationem operam adhibere voluit, ut gratum animum, qualem postea in luculentis scriptis apud posteritatem professus est, talem iam p. LXV tunc in ipsa muneris gestione praesentes possent homines in-
lueri.

Verum tandem, cum esset patriae et Gallico solo restitutus, 30
Lydi diutius neglecti serior cura animum subire coepit. etenim exoratus ab eo homo doctissimus Villoiso in se susceperat ut ad codicem feliciter inventum feliciter edendum nomen et auspicia praeberet. sed priusquam eum foras daret, descriptionem Villoiso sui per Graeciam itineris perficiendam sibi duxit, quam publici iuris facturum sese cum saepe alibi sponderat, tum maxime Prolegomen. ad Iliad. p. LIV; adque eam rem omnia consilia atque studia referre sua coepit. statuerat autem tunc denique ea prodere quae in recenti Graecia usquequaque observasset, cum iter confecisset in veterem, hoc est (verba ipsa sunt Villoisonis Prolegomen. l. cit.), cum auctores Latinos Graecosque singulos a capite ad calcem perlegisset, quaeque de omnibus rebus ad Graeciam Aegaeique maris insulas quomodocunque pertinentibus quisque scripsit, ea excerpisset, referreque ac discernere et cum iis quae ipse vidisset conferre posset. magnum sane et singulare, dignumque tali viro consilium, et, si perfici potuisset, in primis utile doctrinis nostris. p. LXVI
sed quis nescit a. 1789 publicam rem Franciae in homines incidisse non tam commutandarum rerum quam evertendarum cupidus? suntque continuo tempora acerba atque gladiatoria illa consecuta, quibus cum omnes literae conticuerunt, tum maxime Villoisonianae, Graecae scilicet ac philologicae. itaque huius magni itineris non modo nihil edere, sed neque lectionem illam, qua ad scriptionem praeparare se volebat, absolvere, nedum de Lydo cogitare, variis casibus percussus potuit. neque magis, cum recuperata re publica respirasse homines visi sunt, illi quidem licuit placato rerum statu diu frui. etenim a. 1805 a. d. 6 Kal. Mai. paucos post

menses quam erat Graecae cathedrae in Collegio Franciae praefectus, virente etiamtunc aetate repentino oppressus morbo est. cuius optimi sanctissimique viri immaturo obitu quantam civitas nostra in literis iacturam fecerit, tametsi homines historicos omnes, ubiubi sint, intelligere arbitror, tamen ego, quod ipsum novi, quod domum eius frequentavi, quod per aliquot annos continuos sermonum auditor, commentationum testis, studiorum mirator exstiti, acrius potui fortasse quam plerique perspicere.

p. LXVII mitto hominem lingua Graeca, ut nullus unquam, lectione instructum; mitto librorum cognitionem, mitto inscriptionum: quis literis Italicis eruditior? quis in consuetudine dulcior, in docendo copiosior? memoria vero tanta erat et verborum et rerum, ut omnia quae unquam legerat meminisset. atque hic talis vir discessit a nobis, animo etiamtunc vegetissimo, annos vix natus 55; nec quicquam ex magnis operibus quae summo cum labore et diligentia inchoaverat, quaeque vitam illi dubio procul reparatura erant, spatiis exclusus iniquis relinquere potuit absolutum; desiderio autem incredibili affecit cum necessarios suos, homines summos, tum me ipsum, cui loco patris semper fuit. atque de illo, quoniam pro incomparabili eius erga me pietate paria persolvere nequeo, quod unum potui, haec cum lacrimis scripsi.

31 Vir autem illustris de Choiseul, ad quem redierat Lydi codex, editionem operum eius mihi tunc volebat committere. neque hercule erat ea provincia aliena a rationibus meis; neque, si vel maxime fuisset, recusassem, nempe ne diutius scriptore erudito nostrae literae carerent. sed accidit eo ipso tempore ut

p. LXVIII a praefectis bibliothecae imperialis custodia Graecorum Latino-rumque codicum mihi mandaretur. quod officium ut primum tenui, omnes curas cogitationes studia ad unam revocare rem oportuit, codicumque Graecorum omnium proximis superioribus annis ex variis Italiae oppidis eque urbe ipsa in bibliothecam congestorum notationes conficere, non quae nomina auctorum titulosque operum nudos haberent, sed quae aetatem virtutem argumenta codicum accurate indicarent, ut quicquid cuiusque auctoris inediti editive in singulis foliis manuscriptorum esset, uno aspectu cognosceretur. ita involavi in hanc operam non modo iussu praefectorum bibliothecae, sed impetu etiam acri

quodam animi ac voluntatis: taedium autem, quo facile intelligitur eiusmodi laborem non carere, levabat atque adeo amovebat spes (quae non omnino me fefellit) me reperiturum in his codicibus abstrusa aliqua ac luce non indigna, sed interim depouenda erat omnis de Lydo cogitatio. quare, quoniam ipse munere fungi meo non poteram, auctor fui ut liber de Magistratibus separatim ederetur, curaque describendi vertendique eius crederetur adolescenti ornatissimo Dominico Fuss Marcodurano; qui relicta Germania, ubi felicissimum ingenium philologia ex- P. LXIX
coluerat, Lutetiae degens iam dum mihi erat officiis usu consuetudine iucundissimus. ille, ut est ardens et erectus ad ornandas doctrinas nostras, sine mora negotium suscepit: opus de Magistratibus descripsit, emendavit, vertit; librum de Osten-
tis mihi reservavit. continetur enim is liber in prioribus paginis codicis Caseolini (sic appellati ex possessore, cuius maiores comitum DE CASEOLO nomine usque a decimo saeculo annalibus nostris celebrantur). de Caseolini igitur codicis origine aetate
condicione nunc dicam.

Inventus est circa a. 1785 propter Cpolim, ut supra demon- 32
stravi, Curucismae (is suburbanus est ad fretum pagus) in villa Constantini Slutzaris, patricii viri, ubi libros Villoiso pertractabat aliquammultos, partim cudos partim mss, ex magna Nicolai Maurocordati bibliotheca superstites. erat enim is Ioannes Nicolaus Alexandri F. Maurocordatus, e Scarlatorum gente, tum excellenti ingenio praeditus, quod scriptis compluribus declaravit, tum librorum rariorum et veterum admodum studiosus. quare cum circa a. 1722 sultani nomine in Valachia regnaret, e Graecorum monasteriis, quae in omni Oriente multa porro supersunt, p. LXX
in Thessalia praesertim et in monte Atho, vetustissimos quosque libros cupide conquisivit. id erat ei tum perfacile factu propterea quod et apud purpuratos permultum gratia, in Graecos autem longe plurimum potentia valebat. ita brevi tempore magnae librorum copiae est compos factus, cum impressorum tum maxime manu exaratorum; quorum partim tunc intercedente Christianissimi regis legato Marchione de Villeneuve descripti, apographaque in Galliam ad bibliothecam Regiam missa sunt, ubi adhuc servantur. eiusmodi sunt codd. Gr. no. 2619, 2641, 2642, 2668, 2649. conf. *Mémoire historique sur la Bibliothèque du Roi*

in Catalog. libror. impress. biblioth. Reg. part. 1 p. LXVI. ex eadem Maurocordatina codicum copia IAFabricius prooemium ac priora capita Demonstrationis Evangelicae Eusebianaе literatorum usibus praeter spem restituit, ut ipse auctor est praefatus Delectui scriptor. pro verit. relig. Christ. Hamburg. 1725, 4. eandem bibliothecam et multi alii literis ac monumentis celebraverunt et novissime editores Actorum literariorum Graece scriptorum (*Ερμῆς ὁ λόγιος ἢ φιλολογικαὶ ἀγγελίαι*) Vindobonae, mens. Ian. 1811, 8, p. 19. sed Nicolao Maurocordato a. 1730 extincto, totaque familia eius perversa paulo post et spoliata (conf. *Sulzers Geschichte des Transalpinischen Daciens*. vol. 3 Vindob. 1782, 8, p. 37), omnis illa magno studio multisque imperiis Bucarestum congesta codicum copia non levi literarum Graecarum detrimento celeriter evanuit, praeter eos libros qui tum apud Sutzarin Curucismae asservabantur.

33 Inter illos igitur inventus est codex Caseolinus, principio et fine mutilus, scriptus in membrana, folio minori (ut vulgo dicimus), nono saeculo vel decimo ineunte, lineis 31 in singulis paginis; litera grandi, nitida, ad sinistram reclinata, non absimili illius quam Palaeograph. Graec. Paris 1708, fol., p. 274 no. 1 ex cod. Reg. 1962 (nunc 654) in aes incidit Montefalconius. eadem litera scripti sunt codices bibliothecae nostrae complures maximeque nobiles, Plato optimaе notae no. 1807, Eusebius no. 1430, Aristoteles no. 1853, Demosthenes no. 2934, item cod. no. 1470 sanctorum vitas continens; quem ideo commemoro, quod unus ex his libris tempus quo peraratus sit adiectum habet, *μηνὶ Ἀπριλίῳ Ἰνδικτιόνος* (sic) *ἢ ἔτους 574* id exit in annum Christi 890 Leonisque philosophi principatum. tametsi in Catalogo p. LXXII quidem impresso part. 2 p. 330 undecimo saeculo assignatur: sed perperam. Leonis autem philosophi principatu velut hic multique alii, sic fortasse etiam Caseolinus scriptus codex est. in quo duo potissimum singularia, alterum, cum plerique huius aetatis codices binis columnis scripti sint, in nostro uno tenore lineas legi, alterum, pro tempore illo Leonis philosophi, scholastico sane codicumque conficientissimo, insignes esse in illo cum itacismos tum aliusmodi errores. atque non ignoro Graecos Syllano tempore ε et αι, item ι et ει in sermone pressu oris et sono aegre distinxisse, Iustiniano ne ι quidem et η: id credo

obscurum non esse ex auctorum testimoniis, ex numis, ex inscriptionibus, e membranis pervetustis innumerabilibus. ego certe nullum vidi Graecum codicem, cum multos tractarim eosque veterrimos saeculorum 6 et 7, quin ibi offenderem quosdam itacismos. tot autem quot in codice Caseolino, in nullo memini, huius certe aetatis. nam confunduntur non modo ι et $\epsilon\iota$, ι et η , η et $\epsilon\iota$, item β et ν , ϵ et $\alpha\iota$, \omicron et ω , ν et $\omicron\iota$, quae sunt menda vulgaria: sed interdum etiam, quod rarius vidi in codicibus ante tempora Comneniana, ν atque $\omicron\iota$ cum ι $\epsilon\iota$ atque η : imo, quod rarissimum est in codicibus cuiuslibet aetatis, σ et ϑ , item $\omicron\nu$ et ω .

Alterum genus errorum non tam est ex pronuntiatione et incogitantia quam ex inscitia scribae natum; quae quanta fuerit inde potest cognosci, quod genitivos plurimos cum accusativis confudit, accusativos cum nominativis, quodque omnino in clausulis casibusque vocum prorsus iacet. nec minus in reduplicationibus perfectorum, in nominibus propriis, in vocabulis reliquis, in apicibus, in spiritibus; quod voces omisit lineasque integras (vid. varias lectiones textui edit. subiectas), ut perspicuum sit neque regulas grammaticae probe tenuisse eum, neque quid exararet semper intellexisse. tametsi codicem, unde suum duxerit, magnae vetustatis suspicor fuisse, saeculi fortasse 7 literisque ideo maiusculis. nam primo ν $\epsilon\varphi\epsilon\lambda\kappa\nu\sigma\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\nu$ multis vocibus adhibetur etiam sequenti consonante. non me praeterit inveniri id in codicibus omnis aetatis bene multis. calligraphi tamen saeculi decimi in hac quidem re grammatices hodiernae leges iam studiosius sunt secuti: noster antiquam prorsus tenuit scribendi viam, qua illud ν verbis etiam non hiantibus interponitur ex certis oratoriisque praeceptis ad amplificandum complendunque vocis sonum. id opinor eum non temere sed ad exemplum sui codicis fecisse. deinde voces Latinas, si quae occurrunt, literis maiusculis scripsit. unde conicio in antiquiore illo Graeca quoque fuisse maiusculis. sed pro Graecis maiusculis calligraphus scripturam ligatam sui saeculi substituit: pro Latinis non item, quod nesciebat scripturam ligatam Latinam; quare literas Latinas, qua forma erant in antiquo codice, eadem expressit in suo. postremo multa sunt eius menda, quae facilius admittuntur, si habes ante oculos codicem maiusculae scripturae quam si ligatae. fol. 31

verso, ed. p. 129 19, scripsit *προβατορεύεται*, quia in *ΠΡΟΣΑΓΙΟΠΕΤΕΤΑΙ* facile confunduntur Σ et Β, Γ et Τ. fol. 39 *verso*, p. 150 9, *λόλος* pro *ΑΥΛΟC*, ratione simili. fol. 56 *recto*; p. 193 1, *ζονεῖσι*: quippe in *ΙΩΝΙCΙ* primum *I* habuit pro *P*. eiusdemmodi innumera sunt. quibus rebus omnibus inducor ut credam, saeculi circiter 7, ut praescripti, fortasseque satis bonae notae fuisse illum codicem unde noster manavit. nostri autem menda Graecus aliquis saeculi 16 vel 17, ut ex scriptura colligo, corrigere est conatus, probabiliter nonnunquam, sed plerumque infelicissime: ea manus illa est quae in notis editionis p. 126 22, 189 17, 219 8, 223 13, 274 3, 251 14, 252 20 recentior nominatur. eadem in toto libro de Magistratibus (nam librum de Ostentis non aequè retractavit) accentus et spiritus, in codice pro more saeculorum 9 et 10 negligentius notatos, superscripsit, quanquam in his quoque saepe erravit.

35 Hunc autem talem codicem tria olim Lydi opera continuisse non est dubium, hoc est, librum de Mensibus, de Ostentis, de Magistratibus. sed liber de Mensibus quidem nunc totus perditus est, praeter duo folia a corpore codicis abiuncta, adeoque affecta ut legi non possint. vixque sum ex literarum vestigiis illud expiscatus, agi ibi de festis rei publicae Romanae diebus a kal. Novembribus, ubi Iovi pulvinar, lectisternium, ludi Circenses, usque ad 3 Nonas eiusdem mensis, ubi est hiemis initium et maria clauduntur: vid. kalendarium Roman. auctum in WStukeley *Medallic history of Carausius Book 2*. London. 1759, 4, p. 63 ii dies incidunt, opinor, in p. 125 excerptorum ed. Schovianae. ex libro de Ostentis folia 37 supersunt, nempe 11 aequè a codice nunc separata et 26 adhuc consuta. subsunt libri de Magistratibus folia 59 consuta, 4 separata: summa 63. igitur, praeter ea quae plane abierunt, exstant hodie in fronte codicis p. LXXVI folia abiuncta 13, in calce folia abiuncta 4, in medio folia 85 consuta, quae sola numeris notata sunt: in his liber de Magistratibus incipit fol. 27 *recto*. summa omnium foliorum est 102; quibus Lydi opera nunc sic continentur, ut liber de Mensibus totus desideretur praeter duo illa folia, librique de Ostentis desit circiter quarta pars, libri de Magistratibus circiter decima. quippe eius non solum ultima interierunt, sed ex consuta etiam colliga-

taque parte post fol. 44 folia exsecta duo sunt. omnia autem 102 folia illa madore ac vetustate valde sunt depravata, usque eo ut iam Villoiso scripserit (Prolegom. ad Iliad. p. 46) codicem mero magna ex parte ita corruptum esse, ut literarum ductus vix agnosci queant, inque cella vinaria potius eum quam in bibliotheca asservatum videri. quanquam ipsum corpus codicis paulo minus affectum est. multo magis vero abiuncta folia, lacera illa quidem et cariosa et partim penitus desperata; ut in legendis illis non minor hercle labor esse videatur quam in evolvendis interpretandisque Herculaneis voluminibus, quorum aliquot Neapoli Parisios translata interdum inspexi et tractavi. quamobrem, sicubi error editori obiectus est in tam longo labore, est ei, non dico venia danda (nec enim fieri potest ut in eiusmodi p. LXXVII quantumvis expurgato opere non aliqua supersit macula) sed, quod rem difficillimam suscepit quodque sic perfecit, laus perpetua tribuenda.

Quid quod ipse editor, sicut textum corrigens non semel 36 mecum amicissime communicavit, ita impresso nunc opere, ut de nonnullis suspectis mihi locis quae viderentur dissererem, me rogavit. cuius amicitiae gessissem sane morem, suspicionesque hic meas aliquot adiunxissem: sed ea hic persequi non minus me vetuit huius commentationis institutum quam religio, ne libri de Magistratibus editio per me longius trahatur. quare quaecumque supersunt eiusmodi, quaeque annotaram de ingenio Lydi, de fontibus, de graecitate, de eruditione Latina, ea notis in librum de Ostentis reservanda duco. statui enim ad istius libri editionem animum conferre, quandoquidem Graecorum ex Italia nobis allatorum codicum, quibus impertivi integra horum annorum studia, paene ad finem adducti catalogi sunt, sumque solutior, ea opera profligata, factus. accedit ut qua singulari liberalitate vir illustris de Choiseul opus de Magistratibus suo impendio e tenebris in lucem evocavit, eadem librum de Ostentis velit, aequae varium, p. LXXVIII unde Iulius Obsequens, qui praeterea rem auguralem tractaverunt vel qui attigerunt, passim illustrantur. cura autem adhibebitur ut haec editio, quantum poterimus, locupletetur, cum commemoratione auctorum quos Lydus consecutus est, tum additione fragmentorum quorundam ineditorum eiusdem ferme argumenti, Vettii Valentis inprimis, cuius Anthologia apud nos

delitescit. non quod verear ne nudus Lydi textus doctis hominibus non iucundus sit futurus, vel quod putem iuvenes meos conatus esse tanti: sed ut omnes intelligant elaboratum esse in ista qualicumque opera, ut liberalitati illustrissimi fautoris, si minus ceteris rebus, diligentia certe responderetur. neque vero si qua sunt in libro de Ostentis minus perfecta, sicut sunt, iccirco ab illo edendo deterrebtor. nam ut universe Lydus minime sit cum summis aureae aetatis auctoribus comparandus, iis certe adnumerandus est qui totius eruditionis antiquae, cuius nos perexiguam, maximam habebant facultatem. quibus in auctoribus nihil fere tam leve tamque exile aut tenue reperiri puto, quod non alicuius aliquando momenti esse, quodve recte cum aliis collatum non aliquam vetustatis partem nova luce collustrare possit. quid quod mihi, in studia haec nostra intuenti, eiusmodi librorum editio, si qui adhuc latent, ad eos potissimum, ubiubi sint, videtur pertinere, quibus custodia codicum manuscriptorum mandata est. sic enim existimo, magnum esse in literis Graecis, atque adeo maximum, veteres emendare ingenio, explicare doctrina, naturam sermonis perscrutari. acuta tamen ingenia usquequaque haec possunt. illa vero, fragmenta inedita eruere, glossatores, scholiastas, auctores secundarios delitescentes quamplurimos in lucem vindicare, doctisque hominibus sic nova adimenta comportare ad universae vetustatis intelligentiam, ea sine codicum copia nemo potest. hae praecipue sunt opinor partes nostrae, parum iucundae fortasse, sed utiles: quibus recte actis et satis officio nostro factum esse puto, et abunde praestitum existimationi vitaeque nostrae.

DOMINICUS FUSS

LECTORI.

p. LXXXI

Primae editioni Ioannis Lydi operis de Magistratibus rei publicae Romanae, quam mihi mandavit vir illustrissimus cuius e codice cuiusque munificentia nunc in lucem prodit, pauca haec de labore meo praefari non inutile iudicavi.

Codex, quo uno usus sum, tam male affectus est ut pluribus locis legenti prorsus sit desperandum, eiusque ut alia multa, sic ex opere de Magistratibus non pauca interierunt. quae vero ex hoc ipso opere casus superesse voluit, ea, quamvis paulo quam ceterae reliquiae laetiores sortem experta, multis tamen locis obscura tantum literarum vestigia, multis quoque ne haec quidem exhibent. p. LXXXII

Quare prima mihi cura fuit textum, quoad fieri posset, integrum tradere. huic ingratisimo muneri pro viribus satisfacere cupiens, investigandis literarum reliquiis comparando et coniectando plurimum temporis insumpsi; quo quidem id assecutus sum ut nonnisi paucissima omiserim aut manca reliquerim, neque tamen, quod maxime cavendum putabam, temere quidquam in textum receperim. nec minorem curam textus emendationi impendi, multo difficiliori, tum quod uno tantum codice utebar, tum quod orationis distinctionem aut nullam aut perversam plerumque reperiēbam. vitia autem multiplicis generis passim tot occurrebant, ut, sicubi sive mendam non deprehendero sive minus recte emendavero, vel propter corrigendorum ingentem copiam ab aequis lectoribus veniam sperare ausim. atque hoc loco nequeo quin CAR. BENED. HASIO et GREGORIO GEORGIADI ZALYCO Thessalonicensi, doctissimis viris, publice gratias agam: quippe p. LXXXIII

uterque emendatum textum legerunt, ab iisque admonitus non semel aut vitium aliquod non animadversum intellexi aut probabilius corrigere conatus sum. quae vero opere iam pridem typis excuso emendanda superesse vidi, ea una cum mendis typographicis ad extremum opusculi indicavi.

In vitis autem corrigendis hanc fere rationem servavi:
 p. LXXXIV emendationes, de quibus dubitari non posset, in textum recepi, ceteris in notis tantum propositis. in iisdem emendatas a me codicis lectiones notavi, exceptis quas nonnisi scripturae vitio laborare constabat. huius generis mendae in codice innumerae occurrebant, nullo passim inter eiusdem soni vocales diphthongosque discrimine servato. eandem sive ignorantiam sive negligentiam in accentu animadvertere licet, in quo saepissime peccatum; imo multis locis, ubi nunc desideratur, omnino defuisse videtur. ad *ν ἐφελκυστικόν* vero quod attinet, tametsi credere non ausim hanc literam non nisi eorum qui opus describere culpa ante consonantes non minus saepe atque ante vocales in codice reperiri, malui tamen, aliorum consilio, in re levioris momenti consuetum editorum morem sequi. ceterum textum in libros et capita divisum paragraphis insuper distinxi.

p. LXXXV Notis ad textum emendandum interpretandumque spectantibus alias, quibus res illustrarentur, addere constitueram: sed mox animadverti maius a me quam pro otio meo opus susceptum: itaque mutato proposito paucissimas huius generis notas inspersi. auctorum tamen loca a Lydo laudata quaesivi, reperiaque aut notis inserui aut certe indicavi. praeter laudata autem loca alia quoque non addito auctoris nomine occurrunt, veluti verba *οὐδ' ἐν λόγῳ οὐδ' ἐν ἀριθμῳ* (p. 211 16), quae sunt pars oraculi quod affert scholiastes ad Theocriti Id. 24 v. 48; et verba *ἔδει δὲ χρημάτων* etc. (p. 246 17), quae patet e Demosthenis Olynth. 1 petita esse, ubi legitur *δεῖ δὲ χρημάτων* etc. quae duo sero animadversa hic annotare iuvat, ceteris, quae reperire potui, suo loco indicatis. est omnino Lydus multus in veterum scriptorum locis, quae, olim lecta, memoriae eius confusa obversabantur, usurpandis. indicem quoque auctorum peculiarem adieci; quippe et indicem rerum eumque copiosum confeci.

p. LXXXVI

Ad versionem autem quod attinet, fateor me, quamvis nihil non fecerim nec ubi me auctoris sententia fugeret, vereri tamen ne aliquoties a vero aberraverim. etenim non pauca occurrebant, quae quomodo potissimum verterem dubitavi. obscuritatis autem culpa partim ipsis rebus partim auctori tribuenda, cuius oratio perspicuitate minime commendatur. nam et verba quandoque parum usitata aut insolentiori, ut mihi quidem videbatur, significatione usurpavit; ut nonnunquam in vertendo potius rem ipsam quam solitam verborum vim respiciendam putaverim. horum verborum pleraque in indice rerum notavi, adiectis aliis nonnullis, quae vel in lexicis non inveneram vel aliam ob causam notanda arbitrabar. ceterum versio eo magis addenda videbatur, quod quae lectu digna opusculum contineret, ad eos potissimum pertinere apertum erat quibus rarius curae est Graecarum literarum studium. eadem ut fida magis quam ut elegans esset, operam dedi, et in legendis verbis, cum utrumque praestare non possem, perspicuitati malui quam dictionis castitati consulere.

Exposui breviter quae laboris meae ratio fuerit, quibusque de Lydo bene mereri studuerim. equidem diligentiam mihi non defuisse scio: qua an operae pretium fecerim, aliorum fuit iudicare, quibus laborem meum publici iuris fieri placuit.

Scribebam Lutetiae, nonis Iul., anno 1811.

CAROLI BENEDICTI HASE
 IN LIBRUM IOANNIS LYDI
 DE OSTENTIS FRAGMENTUMQUE
 DE MENSIBUS
 P R A E F A T I O.

ARGUMENTA PRAEFATIONIS.

1. *Institutum editionis.* 2. *codex Caseolinus, nunc Regius.* 3. *eius conditio hodierna.* 4. *codicis prima folia lacera et corrosa.* 5. *pagellarum effigies cur passim sit proposita.* 6. *subsidia quibus usi sumus in principio libri restituendo.* 7. *quae adiumento fuerint in reliqua parte libri.* 8. *de interpretationis Latinae ratione.* 9. *de argumento ipsius libri.* 10. *mirabilia quaedam aut memoranda in hoc libello Lydi.* 11. *fragmentum libri De mensibus.* 12. *de ratione annotationum.*

1 **Q**uod receperam in praefatione libri Ioannis Lydi de magistratibus Romanis, collaturum me animum ad editionem tractatus De ostentis, eiusdem auctoris, id aliquamdiu ne efficerem interdictum mihi putavi. etenim evenit ut, quantam antea optare vix essem ausus, tanta nec opinanti offerretur facultas vulgandi, quae spissa sane ad historiam Byzantinam illustrandam dudum haberem comportata. qua re semel instituta verebar ne reperirentur inter fautores studiorum meorum, praestantissimos atque amplissimos viros, qui censerent non esse eiusdem, cuius fidei lentum sit commissum negotium, antequam id conclusissem (quod utinam recte possem), novo me implicare. et profecto

hac religione obstrictum me putavissem, nisi exisset denique primum volumen collectionis novae Byzantinae. nunc, quoniam profligata iam Leonis Diaconi et prorsus ad exitum deducta est impressio (detur venia verbo novo), nec multum abest quin Michaelis Pselli aequè absolvatur, pusillum laxamenti nactus editionem libri Lydiani nolui amplius differre, ne (ut labilis fluxusque est rerum humanarum status) accideret aliquid quod rem omnino interturbaret, utque antiquitatis Romanae studiosi cognitione disciplinae auguralis, quantulacunque tandem ex Lydo peti possit, ne fraudarentur. nec tamen minus, affecto quidem sed non confecto mandato prioreque negotio, verecundum putavi recens susceptum strictim transigere. itaque exemplar Graecum cum sola interpretatione Latina, quae commentarii perpetui loco esset, in has pagellas conieci: ab explicatione rerum me continui. sunt sane quaestiones infinitae, ad religiones Italiae veteris rerumque divinarum antiquitates pertinentes, de quibus in scriptione latiore atque ornatiore dici possit. sed harum rerum tametsi ego quoque quasi silvam collegissem, nec minus rerum Romanarum studio quam Graecarum oblecter, tamen partim quaestionum ut alienas ab auctoribus Byzantinis, a quibus discedere longius sine inconstantiae suspicione nullo modo possum, hominibus excellentibus in hoc genere, subtilibus et acutis non minus quam abundantibus eruditione, quibus aetas nostra recte p. III glorietur, tractandas reliqui: de capitibus aliis fortasse alio tempore singulari scripto lingua vernacula ipse agam. in praesenti primum de fonte instituto subsidiis editionis huius, deinde de interpretatione Latina, tum de mirandis quibusdam aut memorabilibus in hoc libello Lydi, denique de fragmento libri De mensibus, quod una prodit, postremo de notarum mearum ratione, partite strictimque dicam.

Codicis Caseolini quae sit origo aetas condicio, quique fuerint casus, exposui in Prolegomenis libri De magistratibus Ro-

manis, p. LXI — LXXVII. nec quicquam fere mihi huc addendum est, nisi illud, non multo post editionem libri De magistratibus possessorem codicis, virum illustrem G. A. de Choiseul-Gouffier, cum valetudinis causa Aquisgranum secessisset, subito morbo oppressum bonis omnibus, et praesertim iis qui literis mitioribus politi sunt, tristissimum sui desiderium reliquisset. commemorabant cuncti et olim contigisse ei illud quod paucis, ut florens aetate, in summa fortuna atque potentia constitutus, pluris tamen

p. iv homo ingeniosus ac disertus studia et ingenuas artes quam bona illa fortuita facere sit visus. et tunc quoque ipsius iactura communis contigit Galliae, patriae eius, ubi amplissimis erat honoribus perfunctus, communis Graeciae, cuius insulas verbis descripserat exquisitissimis, atque adeo Russiae, apud cuius imperatorem Paulum magno fuerat loco; communis praecipue his qui artes elegantes colunt, literatisque omnibus, iisque inprimis quos ille non amicitia solum sed familiaritate etiam sua non penitus indignos iudicaret. accedebat quod obiens luculentam copiam inscriptionum signorum tabularum anaglyphorum, scriptiones a sese inchoatas per plures, chartasque cuiusque modi aedibus villisque diversis dispersas relinqueret; nec quicquam propius est factum quam ut ea, non sine literarum artiumque detrimento, prorsus dissiparentur. quanquam huic quidem incommodo et ab heredibus eius, viris summa dignitate praeditis, et ab administratione (ut aiunt) res interiores Franciae magnificentissime atque diligentissime procurante, occursum est sic, ut signa lapidesque literis insigniti paene cuncta in museum Regium trans-

p. v ferrentur, codices manu scripti si qui erant (erant tamen pauci) in bibliothecam Regiam. ita denuo in manus meas venit Lydi codex, olim Caseolinus (sic appellatus ex priore possessore maioribusque eius, quod comitum *de Caseolo* nomine annalium monumentis celebrantur), nunc Regius. cuius de specie ac statu, postquam in bibliothecam nostram illatus est, etsi

aridum sit et exile id argumentum, tamen necessario pauca subiungam.

Dixi in Prolegomenis ad Magistratus, p. LXXV sq., codicem 3 membranaceum, IX vel X saeculi, continuisse olim tria Lydi opera, librum De mensibus, De ostentis, De magistratibus Romanis; sed cum iam ad Cpolim circa a. 1785 inveniretur initio et fine truncus, superesse ei hodie duntaxat folia 102; horum duo pertinere ad librum De mensibus, 37 ad librum De ostentis, reliqua ad Magistratus. ex illis 37 (De ostentis) 26 posteriora fuisse consuta numerata adiuncta ad corpus codicis; 11 priora, separata cum extra codicem tum inter se, adiuncta fuisse in involucro quodam, absque numerali nota ulla. ea ego 11 folia, ut primum aggressus hanc editionem sum, disiecta temereque ia- p. VI centia ita disponere ac numerare coepi, ut iubebant conspectus et summa operis p. 277 1 exposita. idque tam bene cessit ut, si exorsum libri p. 273 foliaque illa excipias quae in extremo capite de eclipsibus p. 285 2 exciderunt (quae tamen, quantum erat situm in nobis, Graece supplere conati sumus), item lacunam inter caput 15 et 16, p. 291 7, ut extra haec, inquam, nihil omnino ex toto libro mihi quidem in praesenti deesse videatur. conflictabar vero, tractans haec 37 folia, duobus praesertim incommodis, altero peculiari prioribus pagellis, altero generali, quo universus laborat codex. scatet enim mendis prope innumeris non modo in scriptura verborum, sed in spiritu quoque et accentuum ratione, prima manu positorum, sed perverse plerumque. quamque sit vitiose scriptus, praecipue apparuit, ubi licuit eum, post c. 20, cum aliis codd. Veneto et Regiis conferre; qui, quamvis recentes, omnes tamen Caseolino emendatiores sunt.

Alterum incommodum, idque longe maius, erat, ex 37 fo- 4 liis librum De ostentis continentibus praesertim 10 priora esse la- p. VII cera, madoreque et vetustate adeo affecta ut ea potissimum respexisse videatur vir multiplici doctrina insignis et cum in omni

genere literarum Graecarum tum vero in palaeographia apprime eruditus, d'Ansse de Villoison, cum scriberet Prolegomena ad Iliad. p. XLVI codicem Caseolinum vino ita corruptum esse ut literarum ductus vix agnosci quirent, eumque in cella vinaria potius quam in bibliotheca asservatum esse videri. et ipse arbitratur olim, intuens primas pagellas, earum verba omnia in integrum restituere opis non esse nostrae. sed (ut fit) ipsa difficultas incendebat ad tentandum. ita foliis (ut c. 3 dictum est) suo ordine collocatis, primo quae legi poterant descripsi cuncta. deinde ex his qualibuscunque reliquiis sententiam aliquam expiscari, restituere verba, lacunas ingentes explere conatus sum, spatii exactissima ratione habita. qua eadem ratione (opinor) in legendis monumentorum veterum inscriptionibus, itemque in restituendis libris Herculaneis, est utendum. tametsi (haec contra me ipse dico: quippe quantum difficultatis accedit lectioni, p. VIII tantum probabilitati restitutionum mearum adeoque auctoritati editionis detrahatur) in Herculani voluminibus titulisque lapideis legendis minus, nisi quid me fallit, operosus inanisque labor est. fac evanuisse aliquot unciales literas: cum sint inter se aequales paene omnes magnitudine, ex areola vacua, qua patet, de evanidarum numero coniectura prope certa duci potest. in nostro codice, ad regulam et lineam quamvis perarato, versus quidem sive lineae in pagellis singulis nusquam pauciores sunt quam 30 aut plures quam 32: sed literarum numerus in singulis versibus differt plurimum, non minus certe quam in cod. rescripto bibliothecae capitularis Veronensis, testante viro summae diligentiae eruditionisque singularis, Friderico Goeschen, praefat. ad Gaii institut. p. XXVI. in plerisque tamen versibus habentur literae quadragenae octonae aut quinquagenae: sed eae et cursivae fere sunt, et saepe in fine versuum paulo pressiores, et compendio scribendi uno et altero intermistae. exaratur eadem ipsa vox nunc suis literis nunc siglo. vel in lacuna trium literarum

explenda ..., arduum saepe dictu utrum *KAI* legendum sit, an, quod spatium non maius occupat, *SEN*, hoc est, $\kappa\acute{\iota}$ (per si- p. ix glum) $\acute{\epsilon}\nu$. sic centies.

Quapropter, quoniam in argumento, quod totum coniectu- 5
rale est, alii aliter atque ego sentire possunt, praesertim ubi propemodum desperata erant folia, eorum instar in parte superiore paginarum huius editionis saepius excudendum curavi, secutus exemplum viri summi Gustavi Hugonis, Ictorum nominatissimi, in fragmento Domitii Ulpiani Iur. civil. anteiustiniano t. 1, Berolini, 1815, 8, p. 5 — 101; omissis quidem spiritibus ac $\acute{\tau}\acute{o}\nu\omicron\iota\varsigma$, qui plerumque in cod. temere sunt positi, sed servatis lacunarum hiatibus literarumque evanidarum omnium intervallis. ita, sicubi in electione verborum aut constructione erraverim, quod nimis crebro arbitror accidisse (nam negotium magnum est supplere folia eiusmodi; nec quicquam venit saepius usu quam perlucente perperam apice, vel unica litera male lecta, in pudendum trahi errorem), unusquisque supplementa mea, ubique fere in textu uncinis [] indicata, ad iudicium proprium poterit revocare. alterum etiam proposita hac effigie consecutus sum, ut necesse non esset menda ex librarioli ruditate nata, quae p. x
innumera sunt eo in codice, ad oram editionis inve notis ubique percensere; possemque, mendis ipsis supra ante oculos positis, subter in textu transcripto lectiones eas tacite emendare. ita p. 288 23 $\epsilon\nu\epsilon\rho\gamma\iota\alpha\varsigma$ fol. 6 *recto* lin. 11, $\beta\lambda\eta\epsilon\pi\epsilon\iota$ lin. 12. — p. 291 16 fol. 7 *recto* lin. 9 $\mu\alpha\nu\tau\iota\alpha\nu$ et $\alpha\pi\epsilon\nu\theta\eta\nu\omicron\upsilon\varsigma$ — $\delta\alpha\psi\iota\lambda\iota\alpha\nu$ p. 293 1 fol. 7 *verso* lin. 4, $\sigma\nu\nu\epsilon\lambda\theta\omicron\upsilon\sigma\iota\nu$ *ibid.* lin. 7. utque exemplis nonnullis utar ex libro De mensibus petitis, $\iota\sigma\eta\delta\omicron\varsigma$ p. 113 15 fol. 1 *recto* lin. 19, $\kappa\tau\eta\sigma\alpha\iota$ p. 116 4 fol. 2 *recto* lin. 10, $\epsilon\tau\eta\eta$ pro $\acute{\Lambda}\tau\eta\eta$ *ibid.* lin. 12. haec et multa eiusmodi in effigie pagellarum non incuriae meae aut culpaee operarum, sed librarii incitiae sunt tribuenda.

Venio nunc ad subsidia quibus sum in constituendo textu 6

usus. qua quidem in re singulari fui fato: in partibus laceris libri, ubi maxime opus fuisset, nullo alio codice sublevabar; ad recensendas paginas paulo melius conservatas ad manum erant complura adventicia adiumenta. quippe cum in fragmento De mensibus, tum in foliis prioribus libri De ostentis, usque ad p. xi c. 21, pessime habitis illis quidem, eram omnino omni externo orbatus auxilio; nisi quod alicui usui fuerit C. Plinius maior, cuius Historiam naturalem Lydus tum alibi tum maxime c. 6, 7, 8 excrispsit. in capitibus de eclipsi, de constellationibus, non-nihil profeci ex I. Firmico Materno, eiusque libris 8 De mathesi hodie exstantibus. ibique praecipue, hoc est in prioribus 20 capitibus libri De ostentis, intellexi quantopere opus esset notis ad stabiliendas defendendas explicandas lectiones. nullus enim locus est in hac libelli parte, quo in loco ambigi de vocabulo possit, quin eundem tractarim compluriens, nec sine conficiente causa statuerim. sed et explanare eiusmodi causas infinitum fuisset neque huius temporis; et pugnaciter defendere coniecturas aliis displicentes, ut fortasse possim si velim, certe non velim etiamsi possim, cum contentiones eiusmodi tam a moribus meis quam ab hoc instituto sint alienissimae. inde ab exordio capitis 21 longe diversam rationem secutus sum in constituendo textu. nam cum in primis capitibus saepe sit a me compositus magis quam transcriptus, oppidoque pauca habeat prorsus definita aut certa, reliqua post c. 20, quod erant in aliis etiam codicibus, non in solo Caseolino, extra dubitationem iam sunt posita.

7 Etenim institutio tonitrualis c. 21 — 26 reperitur item cum in cod. Regio 2381, fol. 70 verso, tum in cod. Veneto 324 (vid. Catalog. biblioth. Graecae Divi Marci, digest. praesid. Laurent. Theupolo 1740, fol. p. 149 C), qui per annos decem et sex penes nos, in bibliotheca Regia, identidem a me tractatus est, donec temporis flamma a. 1815 eum abripuit. PNigidii Figuli

Diarium tonitruale, quod proxime sequitur, editum iam exstabat in Iani Rutgersii Variis Lectionibus Lugd. Bat. 1618, 4, p. 247—260, mendose admodum, non ita tamen ut eius quoque comparatio cum codice nostro non usui mihi ad tollenda menda nonnulla nostri fuerit; quod patebit legentibus ex lectionum prope dicam infinita varietate, in ora p. 306—331 apposita. Tonitruale Fonteii, Diario Nigidii subiunctum p. 332 habetur in cod. Regio 2381 fol. 70 *verso*-71 *recto*; isque codex saepe laudatus in lectionum varietate, sub siglo *cod. Reg.* intelligendus est. Labeonis Observatio de fulminibus, p. 336— p. XIII 338, exstat item in cod. Reg. 2381 fol. 71 *recto*; alteraque commentatio eiusdem argumenti, quae continetur p. 338—348, in Regio (nunc Veneto) 324, quem memoravi. Disquisitio de causis terraemotuum, p. 348, cum item in cod. 2381 fol. 70 *recto*, tum in Regio 1991 fol. 1 *recto*; ita tamen ut is quem posterius nominavi, verbis plurimis immutatis aut praetermissis, epitomen potius quam fragmentum Lydi continere videatur. sequentia inde a c. 54 non solum in duobus, quos dixi, codd. exstant, sed impressa quoque sunt in edit. Schowiana opusculi De mensibus p. 130—134, vitiose admodum, quod menda codicis bibliothecae Angelicae, unde hoc fragmentum protulit in lucem, ingeniosus literisque perpolitus editor tollere omnia non quivit; quod mihi, compluribus codd. tanquam adminiculis uso, multo fuit facilius. postremo Calendarium vetus Romanum cum ortu occasuque stellarum, quod *parapegma secundum Ptolemaei* vocat Harles. Bibl. Gr. 5 291 A, quodque e scriptis Claud. Tusci ad verbum se expressisse Lydus ait p. 357, Latine iam cusum erat in Petavii Uranologio (Lutet. Paris. 1630, fol. 94—101) sub p. XIV nomine Ptolemaei, per Nicolaum Leonicum e Graeco translatum. quam Leonici versionem passim retractavi: Graecum textum nunc primum edidi ex codd. tribus, nempe Caseolino, Reg. 2381 fol. 74 *recto*-75 *verso* (quem in notulis indicavi siglo illo, *Reg. A*),

et altero Regio 1991 fol. 17 verso-24 verso: hunc nominavi *Reg. B.* eorumque codicum omnium variantes partim apposui in ora, partim, ne nimis ista oppleretur, reieci in notas ad calcem textus.

8 His igitur auxiliis adiutus dedi operam textui recensendo lectionibusque colligendis emendandis, reiiciendis etiam quas oportebat. generatimque, quando utrobique rationes aderant aequae probabiles, potius ad cod. Caseolini ut antiquioris normam direxi editionem. *vñ* tamen euphonicum sive *ἐφελευστικόν*, quod nunquam ille non habet, *ελαυνουσιν την, πασιν τοις*, quodque antiquitas ponebat ubique (tot ea fuerunt quae grammatici iuniores, usumne secuti nescio an abusum, immutarunt), ne cuiuspiam fastidio essem, in vocibus non hiantibus sustuli. qua de
 p. xv re videris quae vir egregius abundansque doctrina Fridericus Jacobs multa exsequitur Prolegomen. ad edit. Achillis Tatii p. xcvi. capitum distinctionem a me factam (in cod. omnia uno et perpetuo tenore peraguntur) spero fore ut probet lector. quod ad versionem attinet, omnino haec duo volui consequi, primum ab auctoris, non ita luculenti, sententia ut ne aberraret; deinde ut loquendi morem suboleret eorum qui de veteribus super simili argumento scripta Latine reliquerunt. quapropter cum alia loca passim, tum maxime formulas solennes verbis Iulii Obsequentis reddidi illius qui libellum De prodigiis composuit, genere orationis usus satis Latino et probus (*Romani oris hominem vocat Barthius ad Statii Thebaid. 5 86*), sed verbis tamen paulo magis praeistincto. Claudii Tusci Calendarium vertens complura sum ex latinitate L. Iunii Columellae mutuatus, quem existimo vel ex ipso Tusco vel ex eodem fonte quo ille hausisse, libro undecimo praesertim. ex Calendariis item Romanis, a
 p. xvi Iacobo Mazochio, Aldo Manutio, Carolo Sigonio, Raphaële Cyl- lenio, Grutero, Blanchino editis, quod nonnulla videntur vel a nostro Claudii Tusci vel indidem quo illud manasse, eorum quo-

que voces formulasque, de rebus astronomicis constitutas, in versione, sicubi potui, frequentius adhibui. et omnino tenui hanc consuetudinem, ut quaecunque pateret a Latino in Graecum conversa esse, quemadmodum Campestrii commentata de stellis crinitis p. 285 sqq, PNigidii Figuli Diarium tonitruale p. 306, alia, ut in illis sermonem, qualis olim in Latino fuerit, coniectura assequi et, quantum possem, repraesentare conarer potius quam ut ea quae Lydus modo ineleganter modo inscite et ridicule vertisset, item ad verbum annumerarem lectori. velut, ut hoc utar, qui fieri potuit ut PNigidius Figulus, non dicam sana et tranquilla, sed tamen nondum prostrata atque sepulta re publica, notaret ad 16 Ian. si tonuerit, ab imperatore populum Romanum vexatum iri? atqui hoc certe valent, verbum e verbo, illa p. 322 24: ὁ δῆμος ὑπὸ τοῦ βασιλέως ταραχθήσεται. putemus in Latino fuisse, a dominante, a principe, quales LSylla aut CMarius in rem publicam exstiterunt, idque a Lydo fuisse versum verbis magis ad sua quam ad praeterita tempora accommodatis. Πέρσας p. 286, 297, 336 verti Parthos: p. xvi nam etiam p. 280 8 Crassus ἐπὶ Πέρσας ἐλάσαι dicitur, ut pateat horum nomine illos intelligi. nec subibo (opinor) vituperationem, quod usquequaque in restituendis Latinis sermonem ipsis auctorum aetatibus usurpatum volui repraesentare.

Quanquam ne sic quidem (fatendum est enim) obtinere 9 potui ut non diceret aliquis desiderari in capitibus haud paucis quasi colorem incorruptae antiquitatis. nimirum, si tempore rei publicae primisve imperatoribus Campestrii, Figuli, Capitonis vaticinationes confectas esse contendamus, mirari se quid causae sit, quare neque Gallici nec Teutonici neque Germanici tumultus aut belli mentio fiat ulla; quae tamen bella temporibus illis maxime omnium diuturna atque periculosa putarentur. contra in imperium Cpolitanum magis convenire res in Oriente adversusque Persas gerendas, quas assidue canant coniectores illi. verba

p. 295 18: ἐπὶ τὴν βασιλείῳς ἤξει χάραν, apertissime indicare Caesarum firmas iam ac stabiles opes; αὐτῇ τῇ βασιλίδι καὶ τοῖς αὐτῆς
 XVIII τέκνοις, p. 346 15, vereri se ut aliter accipi possit quam de coniuge imperatoris eiusque liberis. quae legantur p. 287 in. de bello Africano, tantum de Vandalis quantum de Poenis posse intelligi; quae p. 347 4 (οἱ δῆμοι κ. τ. λ.), de Veneta Prasinaque factione: quin imo quae p. 320 8 ad Decembr. 3, de carnis esu legibus ecclesiae interdicto; quae p. 332, de dissidio religionis causa existente. ego ad haec singula nihil habeo dicere: tantum abest ut Lydi lucubrations praeter modum extollere laudando, levareque suspiciones atque ab illo removeere velim. editoris proprium est officium iudicare sine cupiditate, aut si ipse iudicium nullum interponat, sic certe auctorem tradere in manus, ut in eo iudicando elucere possit religiosi ac sapientis lectoris prudentia. tamen, ut ad superiora illa queat lector aliquid respondere, subiiciam haec, fortasse Lydum e libris haruspicinis ritualibusque selegisse ea potissimum quae ad sua quoque tempora regionesque sibi propinquas accommodari quodammodo posse existimaret; praetermisisse autem consulto vetera illa admodum antiqua, spectantia vel ad gentes Italiae, Aequos Latinos Samnites Picentes Tuscos,
 XIX vel ad administrationem rei publicae de comitiis auspicato edicendis obeundis dimittendis, vel ad loca augurata Latii agrique Romani, Albanum montem, lucum Maricae, arnilustrum, aedes urbanas. quae ut nobis fuissent acceptissima, ita Graecis hominibus saeculi VI, rerum Italicarum incredibiliter rudibus, fastidia ac monstra debebant videri.

10 Interdum quoque (opinor) res priscas vocabulis novis suoque tempore usitatis obscuravit. velut p. 309 10 in Nigidii Figuli Diario tonitruali *res urbanas* vertisse videtur sic, τὰ τῆς βασιλίδος πόλεως, tametsi his postremis verbis Graeci saeculo Iustiniano non Romam urbem sed Cpolim soleant designare. denique minime mirum fortasse debet videri vel de Caesarum fato obscure

memorare Lydum, vel rarius mentionem facere caerimoniarum in deos, eumque silentium huiusmodi non tutum modo sed honestissimum quoque esse arbitratum. inquisisse in vitam Caesarum capitale erat (adi in primis Iulium Firmicum Astronomic. 2 33); neque illud, agere de caerimoniis pristinis, molestia sua carere debebat aetate Lydi. ad religiones, divinas illas quidem sed p. xx novas, studio inflammato tunc rapiebantur plerique omnes; qui impium (nisi me fallo) reputassent proferre in lucem, quae ex pontificum libris eruisset aliquis de auspiciis cliviis, sacris novendialibus, lectisterniis faciundis, supplicationibus circa templa fana pulvinaria decernendis. quamobrem, opinor, haud sine gravi causa non nisi pauca, eaque obscura, antiquae persuasionis vestigia in excerptis suis reliquit Lydus. reliquit tamen, velut p. 288 10 de populi victi caerimoniis ad Romanos transferendis. item in fulgurum interpretationibus p. 342 — 348, ubi, si pauca exceperis, iam nihil erit causae quin credas sumptas illas esse ex libro vetere pontificio rituali fulgurali. quibus de libris, et omnino de fontibus unde hausit auctor noster, cum ea proprium opus desiderent, sintque non magis ambigua quam difficultia explicatu, conabor aliquando accuratius agere, eodem fere modo (si tamen possim) quo nuper vir summus AHLHeeren, cuius gloria longe clarior est quam ut nostro crescere possit testimonio, in commentatione De fontibus et auctoritate vitarum parallelarum Plutarchi, edita Gottingae 1820, 8. ac fortasse ad p. XXI hoc caput antiquitatum Romanarum aliquam potis ero afferre accessionem. nam fragmenta, quantulacunque sint, veteres populi Romani religiones explicantia, LCincii Alimenti, Anysii, Elpidiani, Fulvii Flacci, Iunii Gracchi, Bebi Macri, Masurii Sabini, Nisi, Rutilii Gemini aliorumque anonymorum, collegi iamdudum undecunque, cum ex libris editis, maximeque e grammaticis, tum ex codd. manuscriptis Regiis bibliothecarumque aliarum, quotquot in itineribus meis Italicis potui perscrutari.

sed haec egent disquisitionis longioris: in praesenti (ut dixi superius) non modo abstinui ab excursibus huiusmodi, sed univ-
erse etiam in notis et ad Ostenta et ad fragmentum libri De mensibus summa data est opera ut essemus quam brevissimi.

- 11 Erant enim in cod. Caseolino folia duo abiuncta (hodie affixa ad reliqua sunt), continentia fragmentum libri De mensibus, non epitomae illius editae Lipsiae 1794, 8, a Nicolao Schowio, clarissimo viro et doctissimo, sed particulam ipsius libri, antequam a brevioribus plurima researentur, turbarentur omnia, nec
- p. xxii fere vestigium dispositionis pristinae relinqueretur. sunt eae pagellae aequae miserandum in modum et lacerae et vetustate detritae; ut, cum meditarer Prolegomena in librum De magistratibus (vide § 35 p. LXXV), putarem lectionem illarum ne tentari quidem posse. postea eodem identidem relatus, intuendo inquirendo ariolando passim expiscatus sum nonnulla; quae simul ac primum aliquid lucis fundere visa sunt, et alacritatem (ut fit) et facultatem maiorem attulerunt ad reliqua quoque persequenda. postremo haec deformata quamvis et paucula fragmenta libello De ostentis subiungere p. 113 sqq. non dubitavi. quanquam ratio quidem dissimilis fuit haec atque illa restituendi. in Ostentis cum fontes, unde hausit Lydus, saepius deprehendi, tum omnino tracta magis est et fluens oratio: sunt circuitus verborum longiores, ut, ubi constitisset de mente interpuncti, supplere continuationem totam orationis vel posse vel audere coep-
erim. in libro De mensibus oratio est et pressior et lita multis luminibus doctrinae (prout Lydi facultas ferebat), plena commemorationibus auctorum, et proinde, sicubi laborat lacunis,
- p. xxiii difficilis ad restituendum. in redundante enim ac subinani loquendi figura, si ob casum aliquem desideratur membrum, affingi id potest ita ut probabilis et prope vera restitutio esse videatur. contra in genere dicendi referto rebus, fac narrationem rei, titulum libri, nomen solennitatis intercidissee; non ex alio codi-

cis loco sciri, non erui aliunde posse, quanquam divinas humanasque leges disciplinas religiones ritus historias veterum, quatenus literis eorum hodie continentur, probe teneas (tametsi in virorum sic doctorum numero minime ego me ponam): si ea te omnia deserunt, quo confugias? qui possis ariolari quae evanuerint? ita, licet plurimum sit temporis a me in hoc potissimum fragmento restituendo consumptum, non tamen arbitror multum me profecisse, illud unum pronuntiare ausus, me magno cum labore, diligentia, contentione animi ea in re esse versatum.

In notis, cum ad Ostenta tum ad fragmentum De mensibus, uno solo loco longius fere quam voluntas fuit (nam potuissem paene in singulis vocibus) a proposito sum degressus, p. 393 sqq. ubi egi de varia significatione verbi ἀρχικός. alio loco institueram dicere de codicibus rescriptis bibliothecae Regiae. etenim cum egregius antiquitatis vindex Angelus Maius, tum casu et felicitate tum maxime acri atque attenta codicum Ambrosianorum perscrutatione, tot veterum opera in membranarum palimpsestis latentia deprehendisset, ea ab interitu mirabiliter vindicata tantam expectationem attulerunt repente omnibus, ut cum ubique tum certe Parisiis in bibliotheca nostra, antiquos utilesque libros item delitescere suspicarentur. quapropter non putavi esse alienum studiis meis colligere quae et usu quotidiano codicum, et diligentia quam a me expectari maxime puto, potuerim eius generis in codicibus Graecis adhuc investigare. eaque erat in animo subiungere notis. postea vero, cum in molem iusti voluminis viderem excrescere, satius duxi conferre in descriptionem singularem, quae, ut spero, propediem prodibit, non quo credam ea esse tanti, sed ne in re quae nunc maxime in desiderio est rei publicae literariae inque ore et sermone omnium, nos soli Parisiis, bibliotheca copiosissima ac codicum refertissima, desidiosi inertesque esse videamur. verum ut ad notas revertar, si quando ibi locum vel interposui auctoris inediti vel

12

p. xxiv

p. xxv

editi emendavi, cum breviter egerim, non vereor ne sim vituperabilis hac parte. multo magis alibi; nec dubito esse restitutiones quae vel mihi ipsi paulo post forte sint displiciturae, qui, si per otium liceat, sperem in dies meliora praeteritis invenire. sed ut olim instruenda editione satis hercle temporis transmisi, ita nunc excudendae nonnisi tempora subseciva impendere potui, erepta scriptoribus Byzantinis, Psello, Georgio Hamartolo, chronographis variis, ad quos vulgandos omnem curam in praesenti atque operam confero. idque potissimum aut solum praestare interim volui, Lydi libello ut diutius docti homines ne carerent. quos oro ut hanc opellam boni consulant, et errata levicula, praesertim typica, si occurrant, accipiant aequae: titubatum enim non esse aliquando in his spinis, quis tam temerarius est ut audeat affirmare?

Scribebam Parisiis, Kalend. Maiis 1823.

ἸΩΑΝΝΟΥ ΛΥΔΟΥ.

Α.

1. ὀρθῶς ἄρα οἱ μυθικοὶ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἀφανίζοντα ποιῶσιν, αἰνιτιζόμενοι δὴπου τὸν χρόνον πατέρα τε ἅμα καὶ ὕλεθρον τῶν ὑπ' αὐτοῦ φρομένων γίνεσθαι.

2. Θριάμβον ὠνόμαζον οἱ Διονύσου θεράποντες τὴν πομπὴν ἀπὸ τῶν θύρσων καὶ τῶν λάμβων οἰοῦντι τῶν σκιοματίων, ὡσανεὶ θυρσίαμβον· ἢ ἀπὸ τοῦ θροεῖν, κατὰ Πλούταρχον.

3. οἱ Ἄνδοι, φασίν, ἐφεῦρον τὸν οἶνον, καὶ οὐκ οἶνον μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ συκῆς φυτόν.

4. μούστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἐγνώσαν, ὅτι μυστήριον πρῶτον Σαρδιανοὶ προσηγόρευσαν, ὡσανεὶ μύστην.

1 μυθικὰ codex Vaticanus (V).
3084 (P).

4 ἐνόμαζον codex Parisiensis

9 duo fortasse fragmenta, alteram ὅτι μυστήριον πρῶτον Σαρδιανοὶ προσηγόρευσαν, alteram μούστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔλεγον ὡσανεὶ μύστην.

E X I O A N N I S L Y D I
D E M E N S I B U S L I B R I S
E X C E R P T A
GUIL. ROETHERO INTERPRETE.

I.

1. recte igitur mythici Saturnum suos liberos devorare faciunt, significantes videlicet tempus gignere simul et interimere quae ab eo gignuntur.

2. Triumphum Bacchi ministri appellabant pompam, a thyrsis et iambis, id est dictis, tanquam thyrsiambum; aut a verbo θροεῖν, (id est clamare, tumultuari) auctore Plutarcho.

3. Lydos vinum invenisse dicunt, nec vinum solum verum etiam ficum.

4. Mustum vinum Romani noverant, quoniam mysterium primi Sardinianuncupabant, quasi mystam, id est sacris imbutum).

p. 2 5. Σαβίνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὀνομάσθη· τὸ γὰρ σαβίνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει.

6. Μεσσαπία ἢ Καλαβρία, ἀπὸ Μεσσάπου.

7. Λουκανίαν τὴν ἄλσωδεστιάτην· τὸ γὰρ ἄλσος κατὰ 5 στέρεσιν λοῦκον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀφεγγές, ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην.

8. [ὅτι Ἐρμυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατασχὼν Εὐνδρος ὁ τῆς μαντικῆς Καρμίντης υἱὸς ἔσχε τὴν χώραν, τριήμερον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα· τριπλᾶς γὰρ ἔχει τὴν 10 ψυχὴν δυνάμεις ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης παραδίδωσιν, ἡνίοχον μὲν τὸν νοῦν, ἵππους δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις. ταύτη καὶ χαλινῶσαι τὴν ψυχὴν θεσπίζει τὰ λόγια·

χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν,
ἄφρα μὴ ἐγκύρση χθονὶ δυσμόρῳ, ἀλλὰ σωθῆῃ.

15

τῆς γὰρ τῶν ὄλων φύσειως ἐξ ἐναντίων δυνάμεων τυγγανούσης, ἀνάγκη καὶ τῇ διὰ πάντων κεχωρηκίᾳ ψυχῇ τὰς ἐναντίας ἐφαρμύζειν ἀρχάς· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν ἐκ τῆς μονάδος, ταυτί 15 ἐστι τοῦ νοῦ, τὸ δὲ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς δυάδος οἶον τῆς ὕλης ἐστί, καὶ εἰ τὸ λόγιον ὄλην τὴν ψυχὴν τριάδα θείαν 20 παραδίδωσι· φησὶ γὰρ ὁ αὐτός

p. 3 ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κράσας ὁμονοίαις,

8 Virg. Aen. 8 560, ibique Serv.

11 Plat. Phaedr. p. 253 St.

5. Sabini nomen a vitis cultura, nomine rei consentaneo, ductum est; significat enim hoc nomen satorem vitis.

6. Messapia, Calabria, a Messapo.

7. Lucaniam admodum silvestrem: silvam enim secundum privationem Incum Romani vocant, quod luce caret, quemadmodum Graece ἄξυλος dicitur silva.

8. Erylum Italum, quo superato Evander Carmentae fatiloquae filius tenebat regionem, trium animum fuisse perquam philosophice fabula significat: triplicem enim in animo inesse vim Socrates in Phaedone docet, aurigam rationem, equos autem animi vires. quare etiam frena iniici animo oracula iubent: "oportet hominem ratione praeditum frena iniicere animo, ne incidat in terram infaustam, sed conservetur salvus." universi enim natura cum ex contrariis viribus orta sit, etiam animo per omnia effuso contraria initia convenire necesse est: pars enim animi ea quae mentis est particeps, monade, id est mente, continetur, ea autem quae est animi et voluptate alitur, dyade tanquam materia; quanquam oraculum totum animum triadem divinam esse docet. dicit enim idem "animi scintillam duabus post-

νῆ καὶ νεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἄγρον ἔρωτα,
συνδειτικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνόν, ἔθηκεν.]

9. ὁ Ἐὐάνδρος πρῶτος γράμματα ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, τὰ
λεγόμενα Κάδμου, εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκόμισεν, οὐ τοσαῦτα μὲν
5 ὄσα νῦν ἐστίν (οὐδὲ γὰρ οὕτως ἢ παλαιότης παραδέδωκε), μόνῃ
δὲ ἔξ πρὸς τοῖς δέκα, τοῦ ξ καὶ τοῦ ζ καὶ τοῦ ψ ἀντὶ διπλῶν,
τοῦ θ καὶ τοῦ φ καὶ τοῦ χ ἀντὶ δασέων, τοῦ ἦ καὶ τοῦ ῶ ἀντὶ
μακρῶν ὕστερον προσεξευρημένων. πέντε γὰρ ἦν τὰ πάλαι φω-
νήετα, τοῦ μὲν ε̄ στοιχείου τὴν τοῦ ἦ παρεχομένου χροίαν, τοῦ
10 δὲ ο̄ τὴν τοῦ ῶ, ὅπερ ἔτι καὶ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ μόνῃ
τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν ἀμείβει. ὕστερον δὲ Μάρκος Φλάβιος,
γραμματιστὴς Ἰταλός, τοῖς Ἑλλήσιν ἀκολουθήσας τὰ λοιπὰ
στοιχεῖα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέγραψεν· φιλεῖ γὰρ ὁ χρόνος ἐναμείβειν
τὰ πράγματα.

10. Φοίνικες πρῶτοι τοκογλύφοι καὶ ὀβολοστάται τυγχά- p. 4
νοντες γράμματα καὶ σταθμοὺς καὶ ἀπλῶς τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν,
ὄθεν καὶ καπήλους αὐτοὺς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. ἀλλ' ἐπανώμεν
ὄθεν ἐξεκλίνομεν.

11. τρισώματον τὸν Γηρονόην φασίν, οὐχ ὅτι τοσοῦτοις
20 ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι
συνεμάχουν αὐτῷ.

12. [ὅτι εὐριπος ἠνομάσθη ἢ μέσον τοῦ ἵπποδρόμου

4 ἐκόμισεν P: apud Schoivium (S) ἀνεκόμισεν

μέμων P: apud S προσευρημένων.

8 προσεξευρη-

17 ἀλλ' — ἐξεκλίνομεν

add P.

quam miscuit concordiis, ratione et numine divino, quibus tertium amorem
castum, omnia coniungendi et secundandi vim habentem, venerandum, ad-
iunxit."

9. Evander primus ex Graecia literas Cadmeas, quae dicuntur, in Ita-
liam attulit, non totidem quidem quot nunc sunt (neque enim ita antiquitas
tradidit), sed sedecim tantum, cum literae ξ et ζ atque ψ duplices, θ et φ et
χ adspiratae, η et ω longae postea insuper invenirentur. quinque enim erant
antiquius vocales, litera ε̄ literae η usum praebente, ο̄ autem literae ω,
quod hodieque apud Romanos tenet, et solo tempore (id est mora) vim suam
mutat. post vero M. Flavius grammaticus Italus, secutus Graecos, Roma-
nis literis reliquas addidit. solet enim tempus res immutare.

10. Phoenices cum primi argentarii sordidique feneratoros essent, li-
teras librasque et omnino artem lucri faciendi excogitarunt, unde etiam in-
stitutores eos poetae nominant. sed redeamus unde digressi sumus.

11. Tria habuisse corpora Geryonem dicunt, non quod tot usus fuit
corporibus, sed quod tres insulae in Oceano sitae belli ei sociae fuerunt.

12. Euripus dicebatur crepido quae in medio Circo erat, a maritimo

κρηπίς, ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως Εὐρίπου καὶ τῆς ἐπτάκις αὐτοῦ
 διαυλοδρομίας· οὕτω γὰρ ἐπ' ἐκείνου φυσὶ συμβαίνειν. καὶ πυ-
 ραμῖς δὲ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ἣ δὲ πυραμῖς ἡλίου, ἐπεὶ
 ἄσκιος ὁ τοιοῦτος βωμὸς· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωσφόρων
 σωματίων σκιὰν ἀποτελούντων αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἔστί. καὶ 5
 ἀνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος ἐπὶ τοῦ εὐρίπου βωμοὶ τρεῖς, Κρόνου
 Διὸς Ἄρεος, κάτωθεν δὲ Ἀφροδίτης Ἐρμοῦ καὶ Σελήνης, οὐ
 πλέον δὲ τῶν ἐπτά κύκλων ἦτοι σταδίων περὶ τὴν πυραμίδα, ἦν
 τῶν ὀβελὸν καλοῦσι, διεπληκτιζόντο οἱ ἀγωνισταὶ διὰ τὸ τοσοῦ-
 τους εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα 10
 καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ, διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ
 τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον. τέσσαρσι δὲ καὶ εἴκοσι βραβεῖοις
 τὴν πάντα συνετέλουν ἀγῶνα διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον· δυοκαί-
 δεκα γὰρ γωνίας ἡ πυραμῖς ἐπιδέχεται, τουτέστι στερεᾶς τέσσαρας,
 ἂν ἐκάστη ἐκ τριῶν· δις δὲ τὸν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνον- 15
 p. 5 τες τὸν τῆς ἡμέρας καιρὸν ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι. καὶ ἄλλως δὲ πως
 ἡ πυραμῖς ἀρμοδία ἔστί τοῖς ἀγωνιζομένοις· Νεμέσεως γὰρ εἶναι
 νομίζεται.]

13. πλεύσας ἐκεῖθεν Αἰνείας μετὰ πολλὰς ὄσας πλάνυς
 κατάγεται ἐν πόλει τῆς Ἰταλίας λεγομένην Λαυρεντία, ἦν καὶ Ὀπ- 20
 πικὴν φασιν ἀνομασθῆναι ποτε, ἔξ ἧς καὶ ὀπικίζειν καὶ (ὡς τὸ

1 ἴσως add P, In quo totum hoc ita: Εὐρίπος καλεῖται ἐκ τοῦ θαλατ-
 τίου ἴσως εὐρίπου καὶ τῆς ἐπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· πάντων
 γὰρ τῶν οὐρανίων φωσφόρων σωματίων σκιὰν ἀποτελούντων, ἡλίου
 μόνος ἔξω ταύτης ἔστιν. 16 πως Hasius; apud S περ, 19 ὄσας
 add P.

fortasse Euripo, qui septies recipitur; ita enim in illo dicunt accidere.
 et pyramis est in medio stadio; pyramis autem solis est, quoniam umbra
 caret eiusmodi ara: omnibus enim sideribus luciferis umbram efficientibus
 i. e. solus ejus expertus est. et supra pyramidem in Euripo arae sunt tres,
 Saturni Iovis Martis, infra Veneris Mercurii et Lunae. neque vero plus
 quam septem ourriculis, id est stadiis, circa pyramidem, quem nunc obelis-
 cum vocant, certabant cursores, propterea quod totidem sunt planetarum
 poli, quae Chaldaei firmamenta dicunt, excepto lunari, quoniam usque ad
 illum pervenit omnis materiae excrementum, quattuor autem et viginti
 missibus totum conficiebant certamen, secundum eam quae in pyramide est
 rationem; duodecim enim pyramis continet angulos, hoc est solidos quattuor,
 quorum quisque tres habet angulos planos: bis autem duodenarium numerum
 in duas partes dividentes diei tempus hodieque definimus. et alia qua ra-
 tione pyramis in eos convenit qui in curriculo certant; Nemesis enim esse
 putatur.

13. Aeneas cum illinc navigasset, post errores quam plurimos appelli-
 tur apud urbem Italiae, quae Laurentum dicebatur, quam etiam Opicam olim
 nominatam fuisse ferunt; unde et ὀπικίζειν (id est, opice loqui, opizare)

πλήθος) ὀφφικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἴταλοι λέγουσιν. εἶτα ἐπι-
 γαμβρεύσας Λατίνῳ βασιλεύοντι τῆς χώρας, αὐτὸς τε βασιλεύσας
 τρισὶν ἐνιαυτοῖς, οἴχεται. τοσούτων οὖν ἐπιξενωθέντων τῆς Ἰτα-
 λίας, ὥσπερ ἐδείχθη, Λατίνους μὲν τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραι-
 5 κοὺς δὲ τοὺς ἐλληρίζοντας ἐκάλουν, ἀπὸ Λατίνου τοῦ ἄρτι ἡμῶν
 ῥιθέντος καὶ Γραικοῦ τῶν ἀδελφῶν, ὡς φησὶν Ἡσίοδος ἐν Κα-
 τολόγοις:

Ἄγριον ἤδὲ Λατῖνον.

κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαοῦ Δευκαλίωνος

10 Πανδώρα Διὸς πατρί, θεῶν σημάντορι πάντων,
 μιχθεῖσ' ἐν φιλότῃ τέκε Γραικὸν μενεχάρμη.

14. Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην τῇ πρὸ δεκαμιᾶς κα-
 λανδῶν Μαΐου, κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἔκτης ἢ (ὡς ἕτεροι) κατὰ τὸ
 δευτέρον τῆς ὀγδόης. ἢ δὲ ὥρα τῆς πόλεως ὥρα δευτέρα, πρὸ
 15 τρίτης, ὡς Ταρρούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξεν, ἡλίου μὲν p. 6
 ταύρω, σελήνης δὲ παρθένῳ, Κρόνου δὲ ζυγῷ, Διὸς δὲ λέοντι,
 Ἄρεος ζυγῷ, Ἀφροδίτης ταύρω, Ἐρμού κριῷ. ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ
 δίδωσι Ῥωμύλος τὸν Μάρτιον μῆνα πρὸς τιμὴν Ἄρεος· ἐξ αὐτοῦ
 γὰρ αὐτὸν γενέσθαι λόγος δέκα μόνοις μηνσίν.

20 15. ἡ δεκάς πλήρης ἀριθμὸς ἐστίν, ὅθεν καὶ παντέλεια

3 ἐπιξενωθέντων P. malim τῇ Ἰταλίᾳ 4 ἐδείχθη] ἐδείχθη
 αὐτοῖς P. 8 εἶδε codex Barberinus (B). 12 Ῥωμύλος—]
 ὅτι ἡ ὥρα τῆς Ῥώμης, ὅτε Ῥωμύλος ταύτην κτίζειν ἤρξατο, ἐστὶν
 ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταρρούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστή-
 ριξε, Διὸς μὲν ἰχθύσι, Κρόνου δὲ καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος καὶ Ἐρ-
 μού σκορπιῳ, ἡλίου δὲ ταύρω καὶ σελήνης ζυγῷ. V. 17 ἀρχὴν
 δὲ ἐνιαυτοῦ S: ἀρχὴ δὲ μαρτίου codices.

et, ut vulgo pronunciatur, ὀφφικίζειν dicunt Itali pro barbaramente loqui. deinde cum Latini regionis illius regis filiam duxisset uxorem, atque ipse quoque tres annos regnasset, decessit. tam multi igitur postquam peregre venerunt in Italiam, ut docuimus, Latinos indigenas, Graecos vero Hellenum lingua loquentes appellabant, a Latino, quem paulo ante commemoravimus, et Graeco fratribus, ut dicit Hesiodus in Catalogis: "Agrum atque Latinum. puella autem in aedibus generosi Deucalionis, Pandora, Iovi patri, deorum omnium imperatori, mista concubitu Graecum peperit belli labores sustententem."

14. Romulus autem condit Romam 11 kal. Maias, anno tertio Olympiadis sextae, vel ut alii dicunt, secundo octavae: hora autem natae urbis secunda est, paulo ante tertiam, ut Tarutius Mathematicus censuit, cum sol in Tauro esset, luna in Virgine, Saturnus in Iugo, Iuppiter in Leone, Mars in Iugo, Venus in Tauro, Mercurius in Ariete. initium anni Romulus Martium mensem esse voluit in honorem Martis: ex illo enim eum natum fama est — decem tantum mensibus.

15. Decas plenus numerus est, unde et perfecta vocatur, quippe quae

καλεῖται, πάσας τὰς ἰδέας τῶν ἄλλων ἀριθμῶν καὶ λόγων καὶ ἀναλογιῶν καὶ συμφωνιῶν περιέχουσα· γνώμων γὰρ ἐν τοῖς οὐσίῳ ἐστιν ἡ δεκάς πάντα χαρακτηρίζουσα, καὶ ἰδίως τὸ ἐν ἐκάστῳ ἄπειρον ὀρίζουσα, καὶ πάντων οὐσα συναγωγός τε καὶ συνακτικὴ καὶ ἀποτελεστικὴ τῶν ὄσα ἢ τε νοητὴ περιέχει φύσις ἢ τε ὑπὸ 5 σελήνην. οὕτως γὰρ ἡμῖν παραδίδωσιν ὁ Παρμενίδης, πρώτιστα μὲν τὰ νοητά, δεύτερα τὰ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, τρίτα τὰ συνεκτικά, τέταρτα τὰ τελεσιουργά, πέμπτα τὰ διαιρετικά, ἕκτα τὰ ζωογονικά, ἑβδομα τὰ δημιουργικά, ὄγδοα τὰ ἀφομοιωματικά, ἔννατα τὰ ἀπόλυτα, δέκατα τὰ ἐγκόσμια. ὁρθῶς οὖν αὐτὴν ὁ Φιλόλαος 10

P. 7 δεκάδα προσηγόρευσεν ὡς δεκτικὴν τοῦ ἄπειρου, Ὀρφεὺς δὲ κλαδοῦχον, ἐξ ἧς, ὡσεὶ κλάδοι τινές, πάντες οἱ ἀριθμοὶ φύονται.

16. Διέμεινεν ἀπὸ Κρόνου ἕως κτίσεως Ῥώμης κατὰ τὸν ἐν σελήνῃ δρόμον παραφυλαχθεὶς ὁ ἐνιαυτός· ἐπὶ δὲ Ῥωμύλου ὀρίζεται, ὡς ἐλέγομεν ἔμπροσθεν, δεκαμηνιαῖος, τῶν μὲν ὑπὲρ 15 τριάκοντα ἡμέρας πολλῶ, τῶν δὲ ἐλάττους λαχόντων μηνῶν· οὐπω γὰρ ἀπὸ τῆς ἡλίου κινήσεως ἐφυσιολογεῖτο αὐτοῖς τὸ τοῦ χρόνου διάστημα. [ὁ Πομπήλιος Νουμῆς, ἐφ' οὗ Πυθαγόρας ἦν, δυοκαίδεκα μηνὶ τοῦτον ἀριθμεῖσθαι διώρισεν κατὰ τὸν ἐν Φαίδρῳ Σωκράτην, ὅς φησι τὰς τῶν ὄλων τάξεις τῇ δωδεκάδι 20 περιειληφθαι· ἐπὶ τὸ πᾶν γὰρ ὁ θεὸς τῷ ἀριθμῷ τούτῳ κατεχορή-

11 δεκάδα Nokkius. κλειδοῦχον P. 16 τριετῆς V: cf. 3 7, ubi BP τρία ἔτη pro τριάκοντα. 18 πομπήλιος B, πομπήλιος V. 19 κατὰ τὸν ἐν Φαίδρῳ Σωκράτην ὅς] ὡς BP. 21 ἐπεὶ τὸ πᾶν ὁ B.

omnes reliquorum numerorum et rationum atque proportionum consonantiarumque species complectatur. norma enim in iis quae sunt decas est, omnia caractere notans et propria ratione id quod in quaque re infinitum est, definiens et coniungendi congregandique atque perficiendi vim habens omnia quae complectitur natura, et quae rationis et quae sub luna est. ita enim nobis tradit Parmenides, prima esse ea quae sunt rationis mentisque, secunda quae numeris continentur, tertia quae continendi vim habent, quarta quae perficiendi, quinta quae separandi, sexta quae gignendi, septima quae arte aliquid perficiendi, octava quae similia faciendi, nona quae absoluta sunt, decima quae ad ordinem pertinent. recte igitur eam Philolaus δεκάδα nominavit (a δέχεσθαι. accipere, capere), quippe quae capax sit infiniti: Orpheus autem κλαδοῦχον (id est ramos habentem), ex qua ut rami omnes numeri nascantur.

16. Permansit inde a Saturno usque ad conditam Romam secundum lunae cursum constitutus annus; apud Romulum autem, ut ante diximus, decem mensibus definitur, nonnullis mensibus plures quam triginta dies, nonnullis pauciores sortitis. nondum enim ex solis motu ratione physica temporis intervalla ab iis explorata erant. Numa Pompilius, sub quo Pythagoras fuit, ut in duodecim menses annus describeretur, constituit, secundum Socratem in Phaedro, qui universi ordines dodecade contineri ait: ad uni-

σατο διαζωγραφῶν αὐτό, ὡς γησιν ὁ Πλάτων.] οὐκ εἶον γὰρ τὸ σχῆμα τοῦτο τῆ τοῦ παντὸς ἰδέα· καὶ γὰρ κυκλικόν. ἐπεὶ καὶ θανυμαστή ἐστιν ἢ τῆς δωδεκάδος φύσις, διὰ τε ἄλλα καὶ ἐπειδὴ συνέστηκεν ἐκ τοῦ στοιχειωδεδεστώτου καὶ πρεσβυτώτου τῶν ἐν οὐ-
 5 σίαις εἰδῶν παραλαμβανομένων, ὡς φασιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημά- p. 8
 των, ὀρθογωνίου τριγώνου (αἱ γὰρ τοῦδε πλευραί, ἐκ τριῶν οὔσαι καὶ τεττάρων καὶ πέντε, συμπληροῦσι τὸν ἀριθμὸν τὸν δώδεκα, τοῦ ζωοφόρου κύκλου τὸ παράδειγμα) καὶ ἐκ διπλασιασθείσης ἐξάδος τῆς γονιμιωτάτης, ἣτις ἐστὶν ἀρχὴ τελειότητος, ἐκ τῶν
 10 ἰδίων συμπληρουμένη μερῶν. διατάττει δὲ Νομᾶς δυοκαίδεκα μηνῶν τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς συντέλειαν τῶν τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης δρόμων· καὶ ἐπὶ μὲν Ῥωμόλου ὁ νῦν καλούμενος Μάρτιος μὴν πρῶτος ἦν, ἐπὶ δὲ Νομᾶ προσετέθησαν Ἰανουάριος καὶ Φεβρουάριος. ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ ὁ Νομᾶς ἄγειν ἐθέσπισε Ῥω-
 15 μαίοις, ὅταν ἡλῖος τὸν αἰγόκερον μεσάζων αὔξει τὴν ἡμέραν, ἀποστρέφων πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νοτίου καμπτήρος, προστιθεὶς τῇ ἡμέρᾳ ἡμῶριον. καὶ οὐ μόνον οὕτως τὸν ἐνιαυτὸν διετίπωσε, ἀλλὰ καὶ νόμισμα πρῶτος ἐχάραξεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν νομὸν οἰοῦναι Νομανὸν τὸν ὀβολὸν καλεῖσθαι. ἀλλὰ μὴν καὶ
 20 τὴν βασιλέων οἰκίαν, ἣ καλεῖται παλάτιον, κατὰ τὸν ἱερατικὸν διατάξατο θεισμόν.

17. Ἀδριανὸς ἐκ τῆς Αἰλίων ἐτύχχανε γαμιλίας οἰοῦναι

4 καὶ πρεσβυτώτου om P. 5 μαθημάτων om BP. 7 τὸν
 δώδεκα Nokkuis: codices: τῶν δώδ. 8 καὶ ἐκ om BP. 11
 τῶν om P. 14 ἐνιαυτοῦ Roetherus: codices ἐνιαυτῶν ἄγειν
 ὁ νομᾶς P. 16 ὁ προστιθεὶς P. 17 ἐτύπωσε P.

versum enim hoc deus numero usus est, illud describens, ut dicit Plato. accomodata enim haec forma universi speciei: est enim rotundum. etenim mira etiam est dodecadis natura, cum aliis de causis, tum quoniam constat ex simplicissima et antiquissima earum quae in essentiis comprehenduntur specierum, ut dicunt mathematici, triangulo rectangulo (huius enim latera, ex tribus constantia et quattuor et quinque, numerum duodenarium complent, tanquam circuli Zodiaci exemplum) atque ex duplicata hexade omnium fecundissima, quae est initium perfectionis, cum sit suis completa partibus (id est factoribus). describit autem Numa in duodecim menses annum, ut solis atque lunae cursus (non congruentes) inter se conciliaret. atque Romuli temporibus Martius mensis qui nunc dicitur, primus erat, sub Numa autem additi sunt Ianuarius et Februarius. initium autem anni ut esset Numa Romanis praecepit, quando sol Capricornum medium permeans diem auget, revertens ad nos a flexu meridionali, addens diei dimidiam horam. neque solum ita annum constituit, verum etiam numos primus signavit, ut ab eo hodieque numus (velut Numanus) obolus dicatur. verum enim vero etiam regum aedes, quod palatium dicitur, ad legem sacerdotalem instituit.

17. Adrianus ex Aeliorum fuit gente; unde visum est ei, ut Aeliorum

γενεᾶς· ὄθεν ἔδοξεν αὐτῷ τὸ Ἀλλίων ὄνομα τοὺς ὑπηκόους προ-
γράψαι. ὄθεν καὶ Ἀλλία ἢ Ἱερουσαλήμ· καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν
ἄλοῦσαν ἐπόλισεν.

p. 9 18. ἴδιον αἰεὶ γέγονε τῶν ἀρχιερέων τὴν κεφαλὴν σκέπειν
ἢ διαδεσμεῖν ταινίᾳ, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν Λατίνων. 5

19. ὁ δὲ Νουμῆς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα εἰς τιμὴν ἡλίου
καὶ Ἀφροδίτης ἐκ πορφύρας καὶ κόκκου κατασκευάζεσθαι διετύ-
πωσεν (ὄθεν καὶ Βλάττια ὄνομα Ἀφροδίτης ἐστὶ κατὰ τοὺς Φοίνι-
κας), καλέσας αὐτὴν τὴν στολὴν πατριῶς τραβυῖαν, ἣν λέγεται
πρῶτος ὁ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σικελιώτης εὐρεῖν. τραβυῖα δὲ εἴρηται 10
ὡσανεὶ τρίβαφος· ἐκ τριῶν γὰρ ἀποτελεῖται χρωμάτων, πορφυ-
ρας κόκκου καὶ τῆς λεγομένης ἰσάτιδος βοτάνης, ἥτις ἐστὶν Ἄρεος.
εἶτα προσετήσατο τὸν τῆς πόλεως φύλακα· ὑπαρχον δὲ αὐτὸν νῦν
προσαγορεύομεν ἢ (ὡς τινες) πολίαρχον ἢ ἀστυδίκην, ὃν πάλαι
πραίτωρα οὐρβανὸν ἔλεγον, ὃς καὶ πρωτεύειν τῆς Ῥωμαίων γερου- 15
σίας φαίνεται. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, ἐν
οἷς σεληρίσκος τις ἐκτετύπεται εἰς τύπον τοῦ σίγμα στοιχείου, δι'
οὗ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν οἱ Ῥωμαῖοι σημειοῦνται (ἐστὶ γὰρ παρ'
αὐτοῖς τὸ λεγόμενον κάππα μικρόν)· ὡς δῆλον εἶναι πρῶτον αὐ-
τὴν ἑκατὸν εὐπατριδῶν· τοσοῦτους γὰρ ὁ Ῥωμύλος ἐξελέξατο. 20

p. 10 20. Διὸς σύμβολον αἰετός, Ἡλίου λέοντες, Ἄρεος λύκος,
Ἐρμοῦ δράκοντες.

21. πριβιλέγια νόμοι τινὲς ἰδιωτικοὶ ἀλλ' οὐ γενικοί.

2 καὶ Ἀλλία] καὶ add P.

8 βλέπτου P.

17 σίγματος V.

nomen ii qui ipsius potes'ati subiecti essent suis nominibus praescriberent; unde et Aelia Hierosolyma nominatur: etenim ipse eam captam condidit.

18. Proprium semper fuit pontificum caput obtegere aut vitta redimire, atque hoc a Latinis repetitum esse apparet.

physici vero Martem, non ut Grammaticorum filii, ἐκ τῆς ἄρσεως (i. e. a sublatione) et ἀναιρέσεως (i. e. ab interfectione) eum nominatum dicunt, sed ἐκ τοῦ ἀρήγειν (i. e. a ferendo auxilium) et adiuvando casibus qui sunt in vi ac pugna, vel tanquam ἀρκτικὸν (i. e. initii efficientem) et mutationis auctorem (assignant autem ei summitatem s. summam stationem Capricornum): vel Ἄρεα eum qui a solis maribus colitur, vel ἐκ τοῦ μάρασθαι (i. e. a pugnando). Mars aeris et ferri inventor fuit. Venerem autem physici modo cum illo modo cum Vulcano coniungunt, velut cum humida essentia igneam, ex humida videlicet et calida natura prodire generationem obscure significantes: vel etiam quoniam communis inter eos Scorpium est, cum Martis stimulus sit, forcipes autem Veneris aversatur autem, ut est in fabula, Venus Martem, cum hyems comitetur Martis proprium statum, Venus autem sit bene temperata. itaque contrarii inter se sunt, nec tamen omnino: etenim ex tempestatis continuatione inter se cohaerere videntur; post hiemem enim ver oritur. colitur autem Mars armorum strepitu et tubis, et hanc ob causam ei primas ferias agebant Romani, vocantes eas armilustrum, velut purgationem s. lustrationem armorum, non hienste neque alio casu prohibente armorum tractationem in campo Martio. nomen autem ei apud Aegyptios Πυρώεις, unde et Ξανθικὸς apud Macedones; Graeci autem eum, ut dictum est, Ἄρεα a rebus appellant. neque enim quis invenerit generalem dei appel-

ον. οὐδὲ γὰρ ἄν τις εἶρη κυρίαν Θεοῦ προσηγορίαν κατὰ τὸν Ἀπολλόδορον, ἀλλ' οὐδὲ φύσεως γνώρισμα, ἐπεὶ νῦν μὲν ἄρρενας νῦν δὲ θηλείας τὰς ἰδέας εἰσάγουσιν οἱ φιλοσοφούντες· ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ὀνομασίας αὐτοῖς ἔθεντο, ἄρρενας μὲν Θεοῦς δημιουργικὰς δυνάμεις, θηλείας δὲ τὰς ζωογόνους εἰσά-5 γοντες.

28. ὄρος γὰρ ἐστὶ κακοῦ οὐκ οὐσία ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ἀλλὰ διάθεσις ἐν ψυχῇ ἐναντίως ἔχουσα πρὸς ἀρετὴν διὰ τὴν τοῦ καλοῦ ἀπόπτωσιν ταῖς ῥηθνύμαις ἐγγυνομένην.

p. 76 29. κατὰ δὲ τὴν πρώτην τοῦ Μαρτίου μηνὸς Ἦραν ἐτί-10 μων, οἷονεὶ τὴν σελήνην, διὰ τὴν νεομηνίαν· ἐκήρυττε δὲ ὁ ἱερεὺς χρῆναι γλυκέσι πόμασιν τε καὶ σιτίοις χρῆσθαι ἅπαντας πρὸς φυλακὴν ὑγείας, ἐκίνουν δὲ τὰ ὄπλα Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῷ τῷ Ἄρεος πεδίῳ ἢ τεμένει. Ἄρεος δὲ ὁ κύμιος, παρὰ τὸ κύειν αἷμα, ἐχρῖόν τε τὰς ἀλλήλων ὑφεις ἀντὶ αἵματος τὸ χρῆσμα τοῦ κύμιου λαμβά-15 νοντες, ταύτῃ γε τὸν Ἄρειον θεραπεύοντες. διαφερόντως δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς διεγείρει τὰ σώματα πρὸς συνουσίαν ἐσθιόμενος, καὶ ταύτῃ καθέλκει τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν γένεσιν. ὁ δὲ Ἡρακλείδης φησὶν ὡς εἴ τις τὸν κύμιον ἐν κενῇ θήκῃ ἐμβάλων ἀποκρίψει τῇ κόπρῳ ἐπὶ τετραράκοντα πάσας ἡμέρας, εἰς ὅψιν 20 ἀνθρώπου σεσαρκωμένου μεταβαλόντα τὸν κύμιον εὐρήσει, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν φάναι "ἴσόν τοι κύμιους τε φαγεῖν κεφαλὰς τε τοκίων." Διογένης δὲ φησὶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς σηπεδόνας

23 αὐτῆς add Roetherus e Porphyg. de vita Pythagorae 44.

lationem, ut docet Apollodorus, verum neque naturae significationem, cum modo masculinas modo femininas notiones introducant philosophi: sed ex effectibus nomina iis indiderunt, tanquam masculos deos vires creatrices s. opifices, femineas autem genitricis introducentes.

28. Finis enim est mali non essentia viva atque animalis, sed constitutio in animo contraria virtuti propter boni deminutionem quae fit in voluptatibus.

29. Primo autem Martii mensis die Iunonem colebant, tanquam Iunam, propter interlunium. edicebat autem sacerdos oportere dulcibus potibus ac cibis uti omnes ad tuendam sanitatem. movebant praeterea arma Romani in campo vel luco Martis. Martis autem faba est, propterea quod sanguine praegnans est; et ungebant inter se facies, pro sanguine unguentum fabae sumentes, colentes equidem hoc modo Martem. eximie autem prae ceteris fructibus, cum estur, corpora ad concubitum incitat atque ita animas ad generationem allicit. Heraclides autem ait, si quis fabam in vacuam cistam iniectam obtexisset stercore quadraginta totos dies, in faciem hominis carne oppleti immutatam eum reperturum fabam, atque hanc ob causam poëtam dicere "perinde sane fabis vesci et capitibus parentum." Diogenes autem ait ex eadem putredine et hominem ex-

ἀνθρώπους συστήναι καὶ κῶμον βλαστῆσαι. τούτου δὲ φανερὰ ἐπῆγε τεκμήρια· εἰ γὰρ τις διατραγῶν κῶμον καὶ τοῖς ὁδοῦσι p. 77 λειάνας ἐν ἀλέα τῆς τοῦ ἡλίου βολῆς καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἴτα ἀποστὰς ἐπανέλθοι μετ' οὐ πολὺ, εὔροι ἂν ὁδωδοῦτα ἀνθρωπεῖου 5 γόνου· εἰ δὲ καὶ ἀνθοῦντος τοῦ ἀνθους βραχὺ ἐνδείη ἀγγεῖω κεραμείω καὶ ἐπίθεμα ἐνθεῖς ἐν τῇ γῆ τε κατορύξειε καὶ ἐνενήκοντα παραφυλάξειεν ἡμέρας μετὰ τὸ κατορυχθῆναι, εἴτα μετὰ ταῦτα ὀρύξειε καὶ λάβοι καὶ ἀφέλοι τὸ πῶμα, εὔροι ἂν ἀντὶ τοῦ κῶμου ἢ παιδὸς κεφαλὴν συνεσιῶσαν ἢ γυναικὸς αἰδοῖον. ὥστε 10 ἀφεκτίον κατὰ Πυθαγόραν κῶμον, ὡς καὶ τῶν λεγομένων χρυσολαχάνων, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν ἡ γένεσις ἐξ ἐμμήνων γυναικῶν ἐστὶ. τούτου χάριν εἰς τοὺς τάφους κῶμοι ῥίπτονται ὑπὲρ σωτηρίας ἀνθρώπων. ὅτι δὲ κῶμος ἀπὸ τοῦ αἵματος εἴρηται, δυνατὸν τῇ πείρᾳ παραλαβεῖν· εἰ τις γὰρ αὐτὸν ἀποβρέξει ἐπὶ νυχθήμερον, 15 τὸ ἐν αὐτῷ ὕδωρ λόθρον εὔρησει.

30. οἱ δὲ μάγγιπες, οἰονεὶ τεχνῖται τοῦ ἀνδραποδάδους ἄρτου, ἔπεμπον τοῖς ἐν λόγῳ Ῥωμυλίας ἀνώνυμα· οὕτω δὲ ταύτης ἐκάλουν διὰ τὸ κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἐπιδίδοσθαι πρὸς τοῦ Ῥωμύλου τὴν τροφήν τοῖς στρατιώταις.

20 καὶ γὰρ Οὐαλεντινιανὸς ἀπαίδευτος ἦν καὶ μόνον βαρῦμηγς.

1 ἀνθρώπου apud S 2 διατραγῶν P, διατρώγων V cum Porphyrio. 4 ἀποστὰς apud Porphyrium: ἀναστὰς V. 5 γόνου apud Origenem. καὶ add Roetherus e Porphyrio. 6 κατορύξειοι — 7 παραφυλάξειοι — 8 ὀρύξειοι V. ἂν om V. 17 αἰρτους V: corr Hasius coll. de Magistrat. 3 7. Ῥωμυλίας idem pro Ῥωμυλίας. praestat delere.

stitisse et fabam effloruisse. cuius rei manifesta afferebat argumenta: si quis enim fabam arrodantibusque comminutis ferventibus solis radiis paululum exponat, tum post exiguum temporis intervallum redeat, humani cruoris odorem in ea percipiet; praeterea si florem emittente faba paululum aliquid floris in vas fictile immisum et operculo obtectum humi defodiat, atque ita defossam dies nonaginta conservet, tumque effodiat et promat atque operculum tollat, loco fabae aut pueruli caput aut pudendum muliebre enatum reperiet. itaque abstinendum faba ex Pythagorae praecepto, ut et aureis oleribus, quae dicuntur (i. e. atriplice), cum ea quoque ex mulierum menstruationibus generentur. huius rei gratia in sepulcra fabae coniciuntur pro salute hominum. fabam autem a sanguine dictum esse, experiendum percipi potest: si quis enim eam madefecerit per noctis ac diei spatium, aquam quae in ea est cruorem factam reperiet.

30. Mancipes autem, velut opifices plebei ac servilis panis, mittebant principibus civitatis Romuleas annonas: ita autem has vocabant propterea quod nona hora a Romulo distribuebatur militibus victus. —

Etenim Valentinianus stupidus fuit et solum iracundus.

31. τῇ πρὸ τεσσάρων νωνῶν Μαρτίων ἄνεμον βριαύτερον ὡς ἐπίπλαν πνεῖν προλέγει ὁ Εὐδόξος.

p. 78 32. τῇ πρὸ τριῶν νωνῶν Μαρτίων ὁ πλοῦς τῆς Ἰσιδος ἐπετελεῖτο, ὃν ἔτι καὶ νῦν τελοῦντες καλοῦσι πλοιαφέσια. ἡ δὲ Ἰσις τῇ Αἰγυπτίων φωνῇ παλαιὰ σημαίνεται, τοιούστιν ἡ σελήνη* 5 καὶ προσηκόντως αὐτὴν τιμῶσιν ἐναρχόμενοι τῶν θαλαττίων ὁδῶν διὰ τὸ αὐτήν, ὡς ἐλέγομεν, τῇ φύσει τῶν ὑδάτων ἐφροσύναι. φασὶ δὲ ταύτην καὶ ὑγείας εἶναι δότεிரαν, καθάπερ ἡμεῖς τὸν Ἀσκληπιόν. ταῦτόν δ' ἂν εἴη· ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν ἥλιον εἰς τὸν Ἀσκληπιὸν λαμβάνοντες μετὰ τὰς ἐκείνου δυσμὰς τῆς νυκτὸς 10 ἐπιγινομένης, αἴτιον αὐτὸν τοῦ ὕπνου καὶ νυκτὸς καὶ ἀναπαύσεως, αἴτιον καὶ δοτῆρα τῆς ὑγείας μυθεύουσιν. ὁ δὲ Χαιρωνεὺς Ἰσιν μὲν τὴν γῆν εἶναι βούλεται καὶ Ὅσιριν τὸν Νεῖλον, Τυφῶνα δὲ τὴν θάλατταν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται.

33. τὴν Τύχην οἱ Ἕλληνες γράφουσι βουπρόσωπον· ἐγὼ 15 δ' οἴμην τὴν ὑγρὰν εἶναι οὐσίαν, ὅθεν καὶ ἀκουὰν αὐτὴν Ῥωμαῖοις ἕθος καλεῖν ἀπὸ τῆς ἰσότητος (τὸ δ' ὕδωρ ὁμοιομερὲς καὶ ἴσον τὴν φύσιν)· καὶ καλῶς ἀκουὰ πρὸς αὐτῶν ὠνόμασται, ἐπειδὴ τὴν ἰσότητα ἦτοι ὁμοιομέρειαν ἀπὸ τοῦ ἀκουὰ κατὰ παραγωγὴν ἐπικαλοῦσιν. 20

34. ἐπὶ Ταρκυνίου Πρίσκου τοῦ ῥηγῶς Ἀμάλθεια τοῦτομαί τις γυνὴ ἦκεν ὡς αὐτόν, ἐπιφερομένη τρεῖς βίβλους (χρησ-

10 μετὰ] ἢ μετὰ P. 12 post ὑγείας fere haec excidisse videntur Roethero: οὕτως ἐκείνοι τὴν Ἰσιν, οἶονεὶ τὴν σελήνην, αἰτίαν καὶ δότεிரαν τῆς ὑγείας. 15 βουπρόσωπον V.

31. A. d. 4 Nonas Martias ventum vehementiorem ut plurimum flare praedicat Eudoxus.

32. A. d. 3 Nonas Martias Isidis navigium agebatur, quod etiam nunc agentes πλοιαφέσια vocant. Isis autem Aegyptiorum lingua idem quod antiqua valet, id est luna; et merito eam colunt ingredientes itinera marina, propterea quod illa, ut diximus, aquarum naturae praeest. dicunt autem hanc etiam sanitatis esse auctorem, quemadmodum nos Aesculapium. idem autem hoc fere fuerit: ut enim nos solem in Aesculapium accipientes post illius occasum, cum nox oboritur, auctorem eum somni et noctis et quietis, auctorem atque effectorem sanitatis, [sic illi —] fabulantur. scriptor autem Chaeronensis (Plutarchus) Isidem terram esse vult et Osirin, Nilum, Typhonem autem mare, in quod incidens Nilus evanescit.

33. Fortunam Graeci pingunt bovina facie: ego vero existimo humidam esse substantiam, unde etiam aquam eam Romani vocare solent, ab aequitate (aqua autem aequalibus partibus constat et aequa est natura), et bene aqua ab iis nominata est, cum aequitatem vel aequalitatem partium ab aqua ex derivatione vocent.

34. Regnante Tarquinio Prisco mulier quaedam Amalthea nomine

μοὶ δὲ Σιβύλλης τῆς Κυμαίας ἐτύγγανον), ἐπιζητεῖ δὲ [τὸν κατὰ] τριάκοντα τούτους ἀποδόσθαι χρυσοῦν. τοῦ δὲ καταφρονήσαντος ἀγανακτήσασσι ἡ γυνὴ τὸ ἐν τῶν βιβλίων ἔκανσεν. εἶτα αὐθις ὡς αὐτὸν γινομένη ἡξίου καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπολειπομένων δύο τοὺς 5 αὐτοὺς τριάκοντα λαβεῖν χρυσοῦς. τοῦ δὲ ἔτι μᾶλλον αὐτὴν παριδόντος καὶ τὸ ἕτερον ἔκανσε. πάλιν δὲ ὑπὲρ τοῦ λειπομένου ἑνὸς τὴν αὐτὴν ἐπιζητούσης τοῦ χρυσοῦ ποσότητα, στοχασάμενον εἰκὸς τὸν βασιλεῖα ὡς ἀναγκαῖα μᾶλλον ἐτύγγανε τὰ βιβλία, πρίασθαι παρ' αὐτῆς τὸ λειπούμενον, εἶτα, εὐρόντα ἐν αὐτῷ τὰς 10 Ῥωμαίων τύχας κατ' ἔξαιρετον καὶ μόνας ἐγγεγραμμένας, ἐξήκοντα πατρικίων συστήματι τὴν τούτων παραδοῦναι γυλακῆν.

35. νῶναις Μαρτίαις ὁ Βάρρων ὄρθρον τὸν στέφανον δῦεσθαι λέγει καὶ πνεῖν τὸν βορρᾶν.

36. εἰδοῖς Μαρτίαις ἑορτῇ Διὸς διὰ τὴν μεσομηρίαν, καὶ p. 80 15 εὐχαὶ δημόσιαι ὑπὲρ τοῦ ὑγιεινὸν γενέσθαι τὸν ἐνιαυτόν. ἱεράτειον δὲ καὶ ταῦρον ἐξέτη ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀγρῶν, ἡγουμένον τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν καθηγρόρων τῆς μητρόχου. ἤγετο δὲ καὶ ἄνθρωπος περιβεβλημένος δοραῖς, καὶ τοῦτον ἔπαιον ῥάβδοις λευκαῖς ἐπιμήκεσι, Μαιμούριον αὐτὸν καλοῦντες. οὗτος δὲ τεχ- 20 νίτης ἐν ὄπλοποιᾷ γενόμενος, διὰ τὸ μὴ τὰ διοπετῆ ἀγκίλια συνεχῶς κινούμενα φθίρεσθαι, ὅμοια ἐκείνων κατεσκεύασε τῶν ἀρχετύπων· ὅθεν παροιμιάζοντες οἱ πολλοί, ἐπὶ τοῖς τυπτομένοις διαγελῶντες, φασὶν ὡς τὸν Μαιμούριον αὐτῷ παίζοιεν οἱ τύπτον-

4 ὑπολειπομένων?

venit ad eum, offerens tres libros: oracula autem Sibyllae Cumanae erant. cupiebat autem triginta eos vendere numis aureis. ille vero cum eam contempsisset, irata mulier unum librorum combussit. post cum rursus eum adisset, etiam pro duobus reliquis eosdem triginta numos aureos poscebat. ille autem cum etiam magis eam neglexisset, alterum quoque combussit. rursus deinde pro reliquo uno eandem illa poscente auri summam, regem, ratum videlicet valde necessarios fuisse libellos, emisse ab ea eum qui reliquus erat; post, inventis in eo Romanorum fatis prae ceteris solis conscriptis, sexaginta patriciorum collegio eos custodiendos tradidisse.

35. Nonis Martiis Varro mane Coronam occidere ait, et flare Boream.

36. Idibus Martiis feriae Iovis, propterea quod medius mensis est, et preces publicae pro salubritate anni. sacrificabant autem etiam taurum sex annorum pro agris montanis, ducente (pompan) pontifice maximo et canephorarum ea quae ferebat vittas. agebatur autem et homo coriis involutus, atque hunc verberabant baculis albis longis, Mamurium eum vocantes. hic autem cum armorum faber esset, ne ancilia, quae caelitus deciderant, semper movendo conficerentur, similia illorum fecit exemplarium. unde multitudo eos qui verberantur deridens, proverbii loco dicit, Mamurium ea re ludi ab iis qui plagas illis infligunt: fertur enim et ipse

τες· λόγος γὰρ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον Μαιμούριον, δυσχερῶν τινῶν προσπεσόντων ἐπὶ τῇ τῶν ἀρχετύπων ἀγκιλίων ἀποσχέσει τοῖς Ῥωμαίοις, παιόμενον ῥάβδοις ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως. ταύτην τὴν ἡμέραν ὁ Μητροόδωρος κακὴν παραδίδωσι.

37. ἡ πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Ἀπριλίων ἄπρακτος. ἐν 5 ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ Εὐδοξὸς τοὺς ἰχθύας ἀνίσχειν καὶ βορροῶν πνεῖν παραδίδωσι.

p. 81 38. Λίβερ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Διόνυσος, οἰονεὶ ἐλεύθερος, τουτέστιν ἥλιος. μυστήρια ἀπὸ τῆς στέρησεως τοῦ μύσου, ἀπὸ τοῦ ἄγνωστέου. Διόνυσος, δι' ὃν ἡ νύσσα (ὁ καμπτήρ) καὶ ἡ 10 82 περικύκλισις τοῦ χρόνου. Τέρπανδρὸς γε μὴν ὁ Ἀεσβίος Νύσσαν λέγει τετιθηγηκέναι τὸν Διόνυσον, τὸν ὑπὸ τινῶν Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον, εἶτα ὑπὸ τῶν Τιτάνων σπαραχθέντα. φέρεται δὲ καὶ τις μῦθος περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν Ἀπολλόδιωρον, ὡς εἴη γεγονὼς ἐκ Διὸς καὶ Γῆς, τῆς δὲ 15 Γῆς Θεμέλης προσυγορευομένης διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι, ἣν κατὰ συναλλαγὴν ἐνὸς στοιχείου, τοῦ σ, Σεμέλην οἱ ποιηταὶ προσηγορέουσι. κατὰ δὲ τοὺς ποιητὰς Διόνυσοι πέντε, πρῶτος Διὸς καὶ Ἀνσιθέας, δεῦτερος ὁ Νεῖλον, ὁ καὶ βασιλεύσας Λιβύης καὶ Αἰθιοπίας καὶ Ἀραβίας, τρίτος Καβίρου 20 παῖς, ὅστις τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσεν, ἀφ' οὗ ἡ Καβιρικὴ τελετὴ· τέταρτος ὁ Διὸς καὶ Σεμέλης, ᾧ τὰ Ὀρφείως μυστήρια ἐτελεῖτο καὶ ὅφ' οὗ οἶνος ἐκεράσθη· πέμπτος ὁ Νίσου καὶ Θυνώνης, ὃς

12 τεθῆναι PV: corr S.

19 ὀνειλάου V.

21 an ὄς?

Ἀσίας add Creuzerus ad Cic. de N. D. 3 23. 22 φ̄ Creuzerus: libri ὧν

Σελήνης Cicero.

ille Mamurius, cum molestiae quaedam accidissent Romanis, propterea quod primigeniis ancilibus abstinuissent, baculis percussus urbe eiectus esse. hunc diem Metrodorus infaustum prodit.

37. Dies 17 ante kalendas Apriles feriatas. hoc die Eudoxus Pisces oriri et Boream flare prodit.

38. Liber apud Romanos vocatur Dionysus, velut ἐλεύθερος (liber), id est Sol. mysteria a privatione sceleris, pro sanctitate. Dionysus, per quem meta et rotatio s. conversio temporis. Terpander vero Lesbios a Nyssa dicit nutritum esse Dionysum eum qui a nonnullis Sabazius nominatur, Iove et Proserpina natum, post a Titanibus dilaniatum. fertur autem et fabula quaedam de eo, auctore Apollodoro, quasi natus sit Iove et Tellure, cum videlicet Tellus Themele appelletur, propterea quod in ea omnia fundantur; quam commutata una litera S Semelen poetae appellarunt. ex poetarum autem sententia Dionysi quinque sunt, primus e Iove et Lysithea natus; secundus Nilo, qui et Libyae et Aethiopiae atque Arabiae rex fuit; tertius Cabiro patre, qui in Asia regnavit, a quo initia Cabirica sunt instituta; quartus Iove et Semele, cui sacra Orphica conficiuntur, a quo et vinum mixtum est; quintus Niso natus et Thyone,

κατέδειξε τριετηρίδα. καὶ ταῦτα μὲν οἱ Ἕλληνες. οἱ δὲ γε Ῥωμαῖοι τὸν Διόνυσον βακχευτήν τοῦ Κιθαιρῶνός φασιν, οἰονεὶ βακχευτήν καὶ ἀνατρέχοντα ἀνὰ τὸν οὐρανόν, ὃν ἐκ τῆς τῶν ἑπτὰ συμφωνίας ἀστέρων Κιθάρανα ὠνόμασαν· ὅθεν Ἑρμῆς κιθάραν 5 δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ Λόγος τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. ἐν ἀπορρήτῳ δὲ τῷ Διονύσῳ τὰ μυστήρια ἐτελεῖτο διὰ τὸ πᾶσιν ἀπόκρυφον εἶναι τὴν τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν τοῦ παντὸς φύσιν κοινωσίαν. καὶ φαλλοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ παρελάμβανον οἰονεὶ τὰ γεννητικὰ ὄργανα, καὶ ἔσοπτρον οἰονεὶ τὸν διαυγῆ οὐ-
 10 ρανόν, σφαιῖραν δὲ οἰονεὶ τὴν γῆν· ὁ γὰρ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ p. 83 φησὶν “Γῆ μὲν τὸ σφαιρικὸν εἶδος.” διὸ δὴ καὶ ὁ Πυθαγόρας ἐν ταῖς δέκα σφαιραῖς οὕτως καὶ αὐτῆς ψυχὰς ἐνεσπάρθαι φησὶ. πυριγενέα δὲ αὐτὸν καὶ παγκρατῆ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκάλουν, ὅτι τὴν μὲν φύσιν πυρώδης ἐστὶν ὁ ἥλιος, τοῦ δὲ παντὸς ἐπάρχει καὶ κρατεῖ.
 15 καὶ πάνθηρα δὲ παρ’ αὐτοῦ τὸννομα ποιοῦσιν ἀποδεχόμενοι, οἰονεὶ τὴν πάνθηρον γῆν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνουσιν τὴν ζωοποιὸν καὶ εὐφραντικὴν τροφήν. καὶ Βάκχας αὐτῷ καὶ Νύμφας, οἰονεὶ τὰ ὕδατα, ποιοῦσι πειθαρχοῦντα, τῇ δὲ τοῦ ἡλίου κινήσει ἢ τῶν ὑδάτων φύσις ζωογονεῖται· κύμβαλα δὲ καὶ Θύρσους αὐταῖς δίδουσι, τὸν
 20 τῶν ὑδάτων ἦχον· καὶ ὑπὸ Σατύρων ἐλαυνομένας τὰς Μαινάδας, οἷον ὑπὸ τῶν ἀνέμων ὠθουμένης τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως βροντὰς καὶ κτύπους ἀποτελεῖσθαι. Διόνυσον δὲ ὡσαυτεὶ τὸν τοῦ Διὸς

3 ὄν add Roetherus.
 apud S: corr Roetherus.

10 Τιμαίῳ] p. 55?
 20 ἐλαυνόμενος PV.

15 πάνθηρον

a quo Trieterides constitutae sunt. et haec quidem Graeci. Romani autem Dionysum Bacchantem Cithaeronis dicunt, velut bacchantem et salientem per caelum, quod ex septem concentu stellarum Citharonem nominaverunt; unde Mercurius citharam dat ex fabula Apollini, tanquam ratio soli universi harmoniam. in occulto autem Bacchi mysteria celebrabantur, propterea quod omnibus occulta est solis cum universi natura communio. et phallos in sacris eius assumebant, velut membra genitalia, et speculum, tanquam pellucidum caelum, globum autem tanquam tellurem: Plato enim in Timaeo ait “terrae globosam speciem (assignemus).” unde videlicet et Pythagoras in decem sphaeris ita etiam eius animas [sic] insitas dicit. ex igne autem progenitum et omnipotentem in sacris vocabant, quod igneus natura sol est, et universum regit ac comprehendit. et panthera ab eo nomen trahere faciunt, quasi terram, quae omnes feras capit, ab eo accipientem nutrimentum recreandi et laetificandi vim habens. et Bacchas ei Nymphasque, tanquam aquas, faciunt servire; solis autem motu aquarum natura fecundatur. cymbala autem et thyrsos ei dant, (tanquam) aquarum fremitum; et Maenades s. Bacchas, quae a Satyris agitantur, velut, cum a ventis aquarum natura impellatur, tonitrua et strepitus effici. Dionysum autem (eum vocabant), velut Iovis

νοῦν, οἷονεὶ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν· πολλαχοῦ γὰρ εὐρίσκομεν ὡς ὁ σύμπας κόσμος Ζεὺς ὀνομάζεται διὰ τὸ ἀέλιον καὶ ἀτελεύτητον. Σεμέλης δὲ αὐτὸν ποιοῦσιν υἱὸν ὡς ὑπὸ γῆν κρυπτόμενον καὶ διὰ τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, προϊόντα, καὶ τῷ μηροῦ τοῦ Διὸς ἐντρεφόμενον οἷονεὶ ἐν τοῖς ἀπορρήτοις τοῦ κόσμου 5 λανθάνοντα, καὶ διθύραμβον καὶ διμήτορα τὸν δύο προόδους λαχόντα, τὴν μὲν ἀνατολικὴν πρὸς νότον ἐν χειμῶνι, τὴν δὲ βορείαν πρὸς δυσμὰς ἐν τῷ θερεί. καὶ ταῦτα μὲν περὶ Διονύσου. ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῶν Βακχαναλίων Δημόκριτος δύεσθαι τοὺς ἰχθύας λέγει, ὁ δὲ Βάρρων ἀνεμομαχίαν ἔσεσθαι παραδίδωσιν. 10 οὕτως μὲν ἡ παλαιότης περὶ τὰ Διονύσια. οἱ Χαλδαῖοι τὸν

p. 84 θεὸν Ἰαὺ λέγουσιν (ἀντὶ τοῦ φῶς νοητόν) τῇ Φοινίκων γλώσσῃ. καὶ Σαβαὼθ δὲ πολλαχοῦ λέγεται, οἷον ὁ ὑπὲρ τοὺς ἑπτὰ πόλους, τουτέστιν ὁ δημιουργός.

39. πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἀπριλίων ὁ Εὐκτῆμων ποι- 15 κίλους ἀνέμους πνέειν λέγει. κεφαλαίαν δὲ Ἀθηναίαν τὴν φρόνησιν ἂν τις εἴποι· καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βρέγματος, κατὰ τὸ ἀντικέφαλον, ἐναποκεῖσθαι λέγεται [πρὸς ταῖς ῥίζαις τοῦ ἐγκεφάλου] τοῖς ἀνθρώποις ἢ φρόνησις. ὄθεν ὀργιζόμενον Ἀχιλλεῖα Ὀμηρος ἐκ τοῦ βρέγματος πιεζόμενον ὑπὸ τῆς Ἀθηναῖς ἐποίησε, λέγων “ξανθῆς 20 δὲ κόμης ἔλε Πηλείωνα.” καὶ γλαυκῶπιν αὐτὴν διὰ τὸ πυρῶδες γράφουσι, καὶ γλαῦκα αὐτῇ τὸ ὄρνεον προσνέμουσιν, ὅπερ ἐγγή-

7 ἀνατολήν P.

22 γλαῦκαν V.

mentem, quasi mundi animam: saepe enim reperimus universum mundum Iovem nominari, propterea quod semper viget et infinitus est. Semeles autem eum faciunt filium, ut eum qui sub terra abditur et per Mercurium, id est orationem, prodit; et in femore Iovis nutriri, velut in secretis locis mundi latentem; et Dithyrambum et duabus matribus natum, tanquam eum qui duos exitus sortitus est, orientalem, meridiem versus, hieme, septentrionalem, occidentem versus, aestate. haec hactenus de Dionyso. Bacchanaliorum autem die Democritus occidere Pisces dicit, Varro ventorum pugnam futuram docet. ita antiquitas circa Bacchanalia. Chaldaei deum Iao dicunt (pro lumen quod mente percipitur) Phoenicum lingua, et Sabaoth vero saepe dicitur, velut is qui est super septem polos, id est deus opifex s. procreator mundi.

39. A. d. 15 kalendas Apriles Euctemon varios ventos flare dicit. Minervam capitalem mentem aliquis dicat: etenim in sincipite, ad occipitium, sita esse dicitur [prope radices cerebri] hominibus mens. unde irascentem Achillem Homerus sincipite premi s. apprehendi a Minerva fecit, dicens “et flava coma prehendit Pelidem.” et oculis caesiis eam propter naturam igneam pingunt, et noctuam ei avem attribuunt, ut quae

γορε διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ὡς ἂν τις καὶ ἀεικίνητος τὴν φύσιν· τὸ γὰρ παῦλαν ἔχον κινήσειως παῦλαν ἔχει ζωῆς, κατὰ Πλάτωνα.

40. πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν Ἀπριλίων ἑορτὴ παρὰ Ῥωμαίοις τιμωμένη, οὐχ ὡς Ῥωμαϊκὴ ἀλλ' ὡς μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἔχουσα τιμὴν δι' αἰτίαν τοιαύτην. τοῦ Νείλου τὴν ἐτήσιον ἐπίδοσιν τῶν ὑδάτων ἀρνούμενου ποτέ, καὶ ταύτη τῶν Αἰγυπτίων ἀπολλυμένων, δαίμων τις ἀγαθὸς εἰς ἄνθρωπον φανεῖς, ὅλον τὸ σῶμα πεπηλωμένος, ἔξεβόα τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναβλῦσαι τὸν Νεῖλον καὶ αὐτὸς ἐμπεσεῖν τοῖς ὕδασι· τῶν δὲ ἀπιστησάντων, ἔργω δὲ τὰλληθῆς εὐρόντων, ἑορτὴ παρ' αὐτοῖς τε καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὠρίσθη, λεγομένη Πηλούσιος.

μικρὰς Ἀθήνας ἐκάλουν τὴν Φιλαδέλφειαν διὰ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰ ἱερὰ τῶν εἰδώλων.

41. τῇ πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν Ἀπριλίων δένδρον πίτυς παρὰ τῶν δειδροφόρων ἐφέρετο ἐν τῷ παλατίῳ. τὴν δὲ ἑορτὴν Κλαύδιος ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο, ἀνὴρ οὕτω δίκαιος περὶ τὰς κρίσεις ὡς μητέρα τὸν ἐν τῆς παιδα ἀρνούμενην κλεῦσαι ὡσανεὶ ξένην γαμηθῆναι αὐτῷ, τὴν δὲ ἀποπτύουσαν εἶναι μητέρα.

42. τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Ἀπριλίων καθαρμὸς σάλπιγγος καὶ κινήσεις τῶν ὄπλων καὶ τιμαὶ Ἄρειος καὶ Νερίνης, θεᾶς οὕτω τῇ Σαβίνων γλώσση προσαγορευομένης, ἣν ἠξίον εἶναι τὴν Ἀθηναίων ἢ καὶ Ἀφροδίτην· νερίνη γὰρ ἡ ἀνδρία ἐστὶ, καὶ νέρω-

1 ἀκίνητος P.
corr Hasius.

9 αὐτὸν vulgo.

18 ἀποπίπτουσαν libri:

vigilat per totam noctem, sicut ipsa semper movetur natura: quod enim terminum habet motus, idem terminum habet vitae, ut Plato docet.

40. A. d. 14 kalendas Apriles feriae sunt, quae apud Romanos celebrantur, non tanquam Romanae, sed quod maximo honore apud Aegyptios afficiuntur, hanc fere ob causam. Nilus cum annuum incrementum aquarum recusaret aliquando ideoque Aegyptii interirent, bonus quidam daemon, specie humana assumpta, toto corpore luto obductus praedicabat Aegyptiis exundasse Nilum seque ipsum incidisse in aquas. illi vero cum fidem non habuissent, re autem verum esse comperissent, feriae apud ipsos et Graecos institutae sunt, quae dicebantur Pelusius (fort. Pelusium).

Parvas Athenas vocabant Philadelphiam propter ferias et templa idolorum.

41. A. d. 11 kalendas Apriles pinus arbor a dendrophoris in Palatium ferebatur. has autem ferias Claudius imperator instituit, vir tanta iustitia in iudiciis, ut matrem filium suum recusantem iuberet tanquam alienam ei nubere, illa autem respuens hoc esset mater (s. sese confiteretur matrem).

42. A. d. 10 kalendas Apriles tubilustrium et armorum motus, et honores Martis ac Nerinae deae, quae Sabinorum lingua ita appellatur, quam volebant esse Minervam vel etiam Venerem: nerine enim fortis est,

νας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν. αὐτὴν δὲ μετὰ Ἄρεος ἡγεῖσθαι τῶν πολέμων καὶ Ὅμηρος δεικνύσει, λέγων "ταῦτα δ' Ἄρηϊ θεῷ καὶ Ἀθηνᾷ πάντα μελήσει." οἱ γὰρ Ἀφροδίτην εἶναι νομίζοντες τὴν Νερῖνην πλανῶνται, καὶ μύρτους ἀνταῶθα Ὅμηρος "οὐ τοι, τέκνον ἐμόν, δέδοται πολεμῆϊα ἔργα." 5

p. 86 43. ὁ Φίλιππος δύεσθαι τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλίω τὰς ὑάδας μετὰ νότου, ἀνίσχειν λέγει ὁ Μητροδώρος. τῇ πρὸ ὀκτώ καλανδῶν Ἰσημερία ἑαρινή.

Ἀ π ρ ι λ ι ο ς.

44. Τοῦ πρώτου μηνός, ὡς ἐλέγομεν, κατὰ τὴν τῆς μονάδος ἔσοχὴν ταῖς τιμαῖς τῶν νοητῶν ἀνατεθέντος, εἰκότως ὁ μετ' 10 αὐτὸν, τουτέστιν ὁ δεύτερος, ὃν πατριῶς Ῥωμαῖοι Φεβρουάριον καλοῦσι, κατὰ τὸ ὑπεριον τοῦ ἀριθμοῦ Πλούτωνι καὶ τοῖς καταχθονίοις ἀφωρίσθη. Ἄϊδην δὲ αὐτὸν καλοῦσιν· ἡ γὰρ δυὰς ὡς ἀνείδεος καὶ ἀόριστός ἐστιν, ὅθεν αὐτὸς τῶν ἀειδῶν καὶ ἀπόστασιν ἐπὶ τῶν θεῶν ἰσχυρότων βασιλεὺς εἶναι λέγεται. ὁρθῶς οὖν ὁ 15 Φιλόλαος τὴν δυάδα Κρόνου σύνεινον εἶναι λέγει, ὃν κατὰ τὸ προφανές χρόνον ἂν τις εἴποι· συνάπτεται δὲ τῷ χρόνῳ ἡ δυὰς ὡς τῆς φθορᾶς αἰτίῳ. μήτηρ δὲ αὐτῷ τυχάνει τῆς ἑρευστῆς οὐσίας.

p. 87 τὸν δὲ τρίτον, τουτέστι τὸν Μάρτιον, εἴτε κατὰ τὸν πρώτον περιτόν, εἴτε ὡς πάτριον θεόν, εἰς τοῦτο τάξεως ἀριθμοῦ ἀνέθεντο· 20

15 ἀπὸ] ἐκ P.

et nerones a Sabinis fortes vocantur. ipsam autem cum Marte praeesse bellis Homerus quoque significat, dicens "haec autem Marti celeri et Minervae omnia cordi erunt." qui enim Venerem esse putant Nerinem, ii errant, et testis hac quoque in causa Homerus est: "non tibi, mea nata, concessa sunt opera bellica."

43. Philippus occidere a. d. 9 kalendas Apriles Hyades cum Noto, oriri ait Metrodorus.

A. d. 8 kalendas aequinoctium vernalis.

A P R I L I S.

44. Primo mense, ut diximus, ob monadis praestantiam honoribus eorum quae mente percipiuntur dicato, merito is qui eum sequitur, id est secundus, quem patrio sermone Romani Februarium vocant, ob imparem numeri naturam Plutoni et inferis consecratus est. Ἄϊδην autem eum vocant: dyas enim quasi figura carens et infinita est, unde ipse eorum quae cerni non possunt et distant a divinis rex esse dicitur. recte igitur Philolaus dyadem Saturni coniugem esse ait, quem cum veri specie tempus aliquis dixerit. coniungitur autem cum tempore dyas tanquam corruptionis causa. mater autem ei est fluidae essentiae [sic]. tertium autem, id est Martium, sive ob primum imparem sive tanquam patrium deum, in hoc ordine numeri posuerunt: trias enim principium numeri;

ἡ γὰρ τριὰς ἀρχὴ ἀριθμοῦ. ὥστε οὐκ ἔξω φιλοσοφίας τὸν Ἄρεα
 ξενγνώουσι τῇ Ἀφροδίτῃ· τῇ γὰρ δυάδι συνελθοῦσης μονάδος
 πρῶτος ἀριθμὸς ἐτέχθη, ὃς καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι πρῶ-
 5 τος τὰ πάντα σημαίνει καὶ πρῶτος ἔδειξεν ἀρχὴν μέσα τέλος. τὸν
 τῷ τετάρτῳ ἀριθμῷ ἀνέθεντο, τουτέστιν Ἀφροδίτῃ· ἡ γὰρ τοῦ
 παντὸς αἰσθητοῦ φύσις ἐκ τεσσάρων ἐστὶ στοιχείων, αὐτὴ δ' ἂν
 εἴη κατὰ τοὺς φυσιολόγους Ἀφροδίτῃ. πρῶτος οὖν τετραγώνος
 ἀριθμὸς οὗτος καὶ τετρακτύς. ἀλλὰ μὴν καὶ πρῶτος ἔδειξε τὴν
 10 στερεὰν φύσιν· σημεῖον γάρ, εἴτα γραμμὴ, εἴτα ἐπιφάνεια, εἴτα
 στερεόν, ὃ ἐστὶ σῶμα. ἐκ τεσσάρων δὲ ἡ τοῦ τετάρτου ἀριθμοῦ
 — — Ἀφροδίτῃ, τουτέστι τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, ἀνέθεντο.
 ἀνθ' οὗτον δὲ οὕτως ἔδοξε Ῥωμαίοις τὸν τέταρτον ὀνομάσαι μῆνα,
 διὰ βραχέων ἑρῶ· τέως δὲ κατὰ τὸ πρόσθεν ἐπηγγελμένον ὀλίγα
 15 ἄλλα περὶ τῆς κατὰ Ἀφροδίτην θεωρίας διαλήψομαι.

οἱ φυσικοὶ τοιγαροῦν τὸν ἑαρινὸν εἶναι καιρὸν τὴν Ἀφροδί-
 την βούλονται, οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐν ταύρῳ ἥλιος. καὶ ἀποστρεφο- p. 88
 μένην αὐτὴν τὸν Ἄρεα ποιοῦσιν, ὡς λέγομεν, τὸν Ἄρεος μῆνα
 (οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ Μάρτιος), προστιθεμένην δὲ τῷ Ἀδώνιδι, τουτ-
 20 ἐστὶ τῷ Μαίῳ, καθ' ὃν ἤδη καὶ ἑρῶζει τὰ ὄρνεα. τοῦτον δὲ ἀναι-
 ρεθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἄρεος μεταβληθέντος εἰς ἕν, οἷονεὶ τὸ ἕαρ ὑπὸ
 τοῦ Θέρους ἀναιρεῖσθαι· θερμὴ γὰρ ἡ φύσις τοῦ ὕος, καὶ ἀντὶ
 τοῦ Θέρους αὐτὸν οἱ μυθικοὶ λαμβάνουσιν. ἢ ὡς ἄλλοις δοκεῖ,

14 τὸν apud S.

18 ἀέρα apud S: corr Roetherus coll. §. 27.
 λέγομεν] ἐλέγομεν, ὥσπερ Roetherus.

ut non extra philosophiam Martem iungant Veneri: cum dyade enim postquam coit monas, primus numerus genitus est, qui vocatur a nonnullis perfectus, quod primus universa significat et primus monstravit initium, medium, finem. quartum autem (Aprilem nominant) secundum elementorum naturam quaternario numero dicarunt, id est Veneri: universi enim sensibus subiecti natura quattuor constat elementis, ipsa autem forte sit ex physiologorum sententia Venus. primus igitur quadratus numerus hic est et quaternio, verum et primus monstravit solidam naturam: signum enim, deinde linea, tum superficies, post solidum, quod est corpus. ex quattuor autem quaternarii numeri — — Veneri, id est rerum naturae, dicarunt. quare autem ita visum sit Romanis quartum nominare mensem, paucis dicam: ante autem, ut prius significatum est, pauca quaedam de ea quae ad Venerem pertinet doctrina disseram. physici igitur vernum tempus Venerem esse volunt, id autem fere fuerit sol in Tauro; et avversari eam Martem faciunt, ut diximus, velut Martis mensem (hic autem sit Martius), coniungi autem cum Adonide, id est Maio, quo et iam vernant aves; hunc autem interfectum a Marte converso in suem, quasi ver ab aestate interfici: calida enim natura suis, et in aestatem eum mythici

Ἄδωνις μὲν ἐστὶν ὁ καρπός, Ἄρης δὲ ὁ σὺς· πολέμιον δὲ τὸ ζῶον τοῖς καρποῖς ὡσπερ σωτήριος βοῦς· καὶ διὰ τοῦτο Αἰγύπτιοι ἔτι καὶ νῦν βοῶν μὲν ὡς ἐπίπαι ἀπέχονται, τοῖς δὲ ὑείοις ὡς μάλιστα πρὸς ἐδωδὴν κατακέχρηται. Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην αὐτὴν ἀξιοῖ
 p. 89 ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονος τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν. ὁ δὲ Χρῦ-5
 σιππος οὐ Διώνην ἀλλὰ Διδώνην αὐτὴν ὀνομάζεισθαι ἀξιοῖ παρὰ τὸ ἐπιδιδόναι τὰς τῆς γενέσεως ἡδονάς, Κύπριν δὲ ὀνομασθῆναι παρὰ τὸ κύειν παρέχειν, καὶ Κυθηρείην ὁμοίως παρὰ τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις τὸ κύειν ἐπιδιδόναι. ἔθεν Ἐρμῆς ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ τὰ μὲν ὑπὲρ ὄσφυν ἄρρητα τῆς Ἀφροδίτης, τὰ δὲ 10
 μετ' αὐτὴν θήλεα παραδίδωσιν· ὅθεν Πάμφυλοι καὶ πάγονα ἔχουσιν ἐτίμησαν Ἀφροδίτην ποτέ. τεχθῆναι δ' αὐτὴν ἀξιοῦσιν ἀπὸ τῶν Κρόνου μηδέων, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος· ἡ δὲ φύσις τῶν πραγμάτων ἀίδιος καὶ ἄφθαρτος. βεῖσαι τὸ ἀφροδισιαίαι παρὰ τῷ πλήθει λέγεται. ὁ δὲ Πλάτων δύο παραδίδωσιν Ἀφροδί-15
 τας, οὐρανίαν καὶ πάνδημον, καὶ τὴν μὲν τοῖς θεοῖς τὴν δὲ τοῖς ἀνθρώποις παρέπεσθαι. οἱ δὲ ἄλλοι τῶν ποιητῶν τέσσαρας παρα-
 δίδουσι, μίαν μὲν ἔξ Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας τεχθεῖσαν, ἑτέραν δὲ ἔξ Ἀφροῦ, ἔξ ἧς καὶ Ἐρμοῦ Ἔρωσ ἐτέχθη, τρίτην Διὸς καὶ Διὸς 20
 νης, ἔξ ἧς καὶ Ἄρεος τεχθῆναι φασιν, Ἀντιόρωτα, τετάρτην τῆς
 Συρίας καὶ Κύπρου, τὴν λεγομένην Ἀστάρτην. ἄλλοι δὲ φασι

6 διδόνην vulgo.
 11 παμφύλιοι P.

8 Κυθηρείην Roetherus: libri κυθηρίην

accipiunt. vel ut aliis videtur, Adonis fructus est, Mars sus: infestum autem animal fructibus, ut salutaris bos; quamobrem Aegyptii etiam nunc bovis ut plurimum abstinent, suillis autem carnibus quam maxime ad vescendum utuntur. Euripides autem Aphroditem eam vult nominatam inde quod insanos amantes reddat. Chrysippus autem non Dionem, verum Didonen eam nominari vult propterea quod dat generationis voluptates, Cyprin autem nominatam eo quod conceptum efficit, et Cytheream pariter eo quod non solum hominibus verum etiam bestiis concipiendi facultatem praebet. inde Hermes in libro super mundi creatione eas quae super coxam sunt masculas Veneris partes, quae autem post eam, femineas esse docet; unde Pamphyli et barbatam olim colebant Venerem. natam autem eam volunt ex Saturni virilibus, id est ex aevo s. aeternitate; rerum autem natura aeterna et corruptioni non obnoxia. βεῖσαι (fort. venizare) rebus venereis deditum esse vulgo dicitur. Plato autem duas memorat Veneres, Uraniam, i. e. Caelestem et Pandemon, i. e. popularem; et illam cum diis, hanc cum hominibus coniunctam esse. reliqui vero poetae quattuor tradunt, unam Caelo et Die natam; alteram Spuma procreatam, ex qua et Mercurio Cupido natus est; tertiam Iove natam et Diona, ex qua et Marte natum dicunt Anterota; quartam Syria Cyproque conceptam, quae Astarte vocatur. alii vero dicunt primam

πρώτην μὲν τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας Οὐρανίαν καλουμένην, δευ-
 τέραν δὲ Ἀφροῦ καὶ Εὐρυνόμης τῆς Ὠκεανοῦ, καὶ τρίτην τὴν συν-
 αφθεῖσαν Ἐρμῆ τοῦ Νείλου, ἐξ ἧς καὶ ὁ δεύτερος Ἔρως ὁ ὑπόπτε-
 ρος, τετάρτην Διὸς καὶ Διώνης, ἣν ἔγνημεν Ἡμαιστος, λάθρα δὲ
 5 αὐτῇ συνελθῶν Ἀρης ἔτεκε τὸν Ἀντέρωτα. καλεῖται δὲ πολλαχοῦ
 καὶ Πασισάη, ἣ πᾶσιν ἐπαφειῖσα τὴν ἡδονήν, καὶ Ἐρυνίκη παρὰ
 τὸ τοὺς ἔρωτας κινεῖν. ἀπ' αὐτῆς δὲ καὶ Ἐρμοῦ τὸν Ἐρμαφρόδι-
 τον τεχθῆναι λόγος, οἷον τὸν εὐφραδῆ καὶ ἀστεῖον λόγον, τὸν ἐξ
 ἡδονῆς τὸ τραχὺ θηλύνοντα. τὸν δὲ ταύτης ἀστέρα τῆ σελήνῃ p. 90
 10 παρέπεσθαί φασι διὰ τὰς νυκτερινὰς συναφείας, ὅθεν καὶ σκιὰν
 αὐτὸν ἀποτελεῖν διὰ τὸ σωματίων εἶναι παρεκτικόν. ἱερούργουν δὲ
 αὐτῇ χῆνας καὶ πέδικας, ὅτι αἱ μὲν τοῖς ὕδασι χαίρουσι (πελαγία
 δὲ ἡ Ἀφροδίτη), οἱ δὲ ταῖς φωναῖς τῶν θηλειῶν ἀγόμενοι ἀλίσκον-
 ται. τσαῦται μὲν τοῖς παλαιοῖς αἱ περὶ Ἀφροδίτης κατὰ μυθικὴν
 15 καὶ φυσικὴν θεωρίαν δόξαι. οἱ δὲ φιλόσοφοι Διώνην τὴν Ἀφροδί-
 την εἶναι φασι τὴν διὰ πάντων οὔσαν τῶν ὄντων φύσιν· τεχθῆναι
 δὲ αὐτὴν ἐκ τῶν Οὐρανοῦ μηδέων καὶ τῆς Θαλάσσης, τουτέστιν
 ἐξ ἀρτίου ἀριθμοῦ καὶ περιττοῦ, καὶ περιττοῦ μὲν ἐκ τοῦ εἶδους,
 ἀρτίου δὲ ἐκ τῆς θαλάσσης, τουτέστι τῆς ἀπείρου ὕλης. Κίγκιος
 20 δὲ ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής φησι τὴν Ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ τεχθῆναι,
 οἰονεὶ ἐκ τοῦ χιονώδους ἀέρος καὶ τῆς ψυχρᾶς οὐσίας τὸ ἔαρ ἀπο-
 τεχθῆναι. τσαῦτα περὶ Ἀφροδίτης ἀνατεθῆναι. οὕτως μὲν οὖν p. 91

11 παρεκτικόν P, ταρακτικόν V.

15 φυσικὴν Boissonadus,

φασίν V, φασί P.

16 τεθῆναι V.

22 ἀνατεθῆναι] ἢ ἀνα-

τεθῆναι τὸν Ἀπρίλιον ἐλέγομεν. Roetherus.

esse Caelo et Die natam, quae Urania vocatur; secundam Spuma et Eu-
 rynome Oceani filia procreatam; et tertiam adiunctam Mercurio Nili
 filio, ex qua et Cupido secundus natus dicitur, is qui alis praeditus est;
 quartam Iove natam et Diona, quae nupsit Vulcano, cum qua postquam
 clam coit Mars, procreavit Anterota. vocatur autem saepe et Pasiphaë,
 i. e. quae in omnes immittit voluptatem; et Erycine ab excitando amo-
 res. illa autem et Mercurio Hermaphroditum procreatum docent, quasi
 disertam et urbanam orationem, quae voluptate ea quae dura sunt emol-
 lit. huius autem stellam lunam comitari dicunt propter nocturnas consue-
 tudines; unde et umbram illum efficere, propterea quod corpora conci-
 liandi vim habet. sacrificabant autem ei anseres ac perdices, quod illi
 aquis gaudet (marina autem Venus), hi vocibus feminarum allecti ca-
 piuntur. haec fere veterum sunt de Venere ex mythica et physica doctrina
 sententiae. philosophi vero Dionen Venerem esse dicunt tanquam eam
 quae per omnia est eorum quae sunt naturam; procreatam autem eam ex
 Caeli virilibus et Mari, id est ex pari numero atque impari, et impari
 quidem ex specie, pari autem ex mari, id est infinita materia. Cincius
 autem sophista Romanus Venerem ex spuma natam dicit, velut ex aëre
 nivoso et frigida essentia ver procreatum. haec hactenus de Venere —

Ἕλληνας. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ἀπρίλιον αὐτὸν ὠσανεὶ ἀπερίλιον (οἰονεὶ ἀνοικτικὸν τοῦ καιροῦ) φασίν· ἐγκεκλεισμένον γὰρ ὡσπερ ἡδονήν — ἐν δὲ τοῖς ἕμνοις ἐγγυὲς τριακοσίοις ὀνόμασιν εὐρίσκομεν καλουμένην τὴν Ἀφροδίτην. οἱ δὲ Φοίνικες Ἀστάρτην τὴν σφῶν πολιοῦχον, οἰονεὶ τὴν ἄστεριαν ἢ τὴν τοῦ ἄστεος ἀρετήν, εἶναι τὴν Ἀφροδίτην βούλονται. ἐκ γὰρ τοῦ Λιβάνου (ὄρος δὲ ἐστὶν ἐκεῖ ἐκ τοῦ πρὸς Λίβανον ἄστεος οὕτω καλούμενον) δύο ποταμοὶ ἐκπίπτουσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν ὧν ὁ μὲν μεῖζων καὶ διειδέστερος Ἀδωνίς, ὁ δὲ ἐλάσσων καὶ γεωδέστερος Ἀρης προσαγορεύεται. ἐπεὶ οὖν Ἀδωνίς ὄλος ἐμιμῆνται τῷ πελάγει, δοκεῖ μᾶλλον αὐτὸς ἀγαπᾶσθαι πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ τῆς θαλάσσης.

45. ταῖς τοίνυν καλάνδαις Ἀπριλίαις αἱ σεμιναὶ γυναικῶν ὑπὲρ ὁμονοίας καὶ βίου σώφρονος ἐτίμων τὴν Ἀφροδίτην· αἱ δὲ τοῦ πλήθους γυναῖκες ἐν τοῖς τῶν ἀνδρῶν βαλανεῖσι ἐλοῦντο, πρὸς θεραπείαν αὐτῆς μυρσίνῃ ἐστεμμέναι, ἢ ὅτι μυρσίνῃ ἐπιτη-
 15 δεῖα τοῖς βρέφεσιν ἐστι (ῥώννυσι γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀρτιγενῶν, καὶ παρὰ τὰ ἄλλα δὴ τῶν ἀειθαλῶν φυτῶν εὐωδιστάτη τυγχάνει ἢ μυρσίνῃ), ἢ ὅτι μόνῃ ἐν φυτοῖς χαίρει τῇ θαλάσῃ.
 p. 92 ἐτιμᾶτο δὲ ἡ Ἀφροδίτη τοῖς αὐτοῖς οἷς καὶ ἡ Ἥρα. ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ
 πρόβατον κωδίῳ ἐσκεπασμένον συνέθνον τῇ Ἀφροδίτῃ· ὁ δὲ τρόπος
 20 τῆς ἱερατείας ἐν τῇ Κύπρῳ ἀπὸ τῆς Κορίνθου παρῆλθε ποτε. εἴτα δὲ καὶ σύας ἀγρίους ἔθνον αὐτῇ διὰ τὴν κατὰ Ἀδωνίδος ἐπιβουλὴν, τῇ πρὸ τεσσάρων νωνῶν ἤγουν τῇ δευτέρῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἀπριλίου.

4 πολιτῆχον V.
 2ος libri.

7 ἐκ τοῦ Hasius pro ἐκ τοῦ

8 διειδέστα-

dicatum esse — — ita igitur Graeci. Romani autem Aprilem eum quasi aperilem (velut qui aperit tempus) dicunt: inclusi enim ut voluptatem — in hymnis autem prope trecentis nominibus reperimus vocari Venerem. Phoenices autem Astartem, suarum urbium praesidem, quasi stellatam vel urbis virtutem, esse Venerem volunt. ex Libano enim (mons autem ibi est qui ex oppido quodam ad Libanum sito ita nominatur) duo fluvii in mare effunduntur, quorum maior et magis perspicuus Adonis, minor et magis terrosus Mars appellatur. cum igitur Adonis totus immisceatur mari, videtur magis ille amari a Venere, pro mari.

45. Kalendis igitur Aprilibus nobiles feminae pro concordia et vita honesta colebant Venerem: plebeiae autem mulieres in virorum balneis lavabant, in honorem illius myrto coronatae, vel quod myrtus accommodata infantibus est (corroborat enim corpora infantium recens natorum et prae ceteris perpetuo virentibus plantis optime olet myrtus), vel quod sola inter plantas gaudet mari. colebatur autem Venus iisdem victimis quibus et Iuno: in Cypro autem ovem pelle ovilla involutam una immolabant Veneri (disciplina autem sacerdotii in Cyprum a Corintho olim perlata est); postea vero et apros ei immolabant propter insidias ab hac bestia in Adonidem factas, a. d. 4 Nonas, i. e. die secundo Aprilis.

46. Τῇ πρὸ τριῶν νωνῶν Ἀπριλίῳ Ἡρακλῆς ἐπινίκιος
 ἐτιμῶτο, οἷα ὑγείας δοτήρ. καὶ ραφάνιον νόμος κατὰ τὸν μῆνα
 τοῦτον ἀπέχεσθαι Ῥωμαίοις. Ἡρακλῆς δὲ ὁ χρόνος παρὰ τῷ Νι-
 κομάχῳ εἴρηται, ἀλλὰ μὴν καὶ ἥλιος, λέγοντι οὕτως “Ἡρακλῆς p. 93
 5 μὲν οὖν ὁ τὴν περὶ τὸν ἀέρα κλάσιν τῇ τῶν ὥρων περιτροπῇ ποιού-
 μενος, τουτέστιν ἥλιος.” διὸ δὴ καὶ ἐν τοῖς τούτου μυστηρίοις τοὺς
 ἄρρενας γυναικείαις στολαῖς κοσμοῦσιν, ἄτε δὴ ἐξ ἀγοριότητος καὶ
 ἀγονίας τῆς κατὰ τὸν χειμῶνα ἀρχομένου τοῦ σπερματικοῦ τόκου
 10 ἐν τῇ λαϊᾷ ταῖν χειροῖν τῆς χρόνου δι’ αὐτοῦ ἀναμερίσεως σύμβο-
 λον· μῆλον μὲν γὰρ διὰ τὴν πρὸς τὸν καιρὸν αὐτοῦ συμπάθειαν,
 ἀρχὴ δὲ χρόνου ἑαρινῆ τροπῆ. καὶ ἄλλως δὲ τρία, ὅτι τριμερῆς ὁ
 χρόνος. ἀνάγειν δὲ λέγεται τὸν κύνα τὸν τρικέφαλον ἐκ τοῦ Ἰαίδου,
 ὅτι φρουρητικὸς καὶ λυμαντικὸς ὁ χρόνος ὡσπερ δὴ καὶ ὁ κύων.
 15 τρεῖς δὲ αὐτῷ κεφαλαί, ὃ τε παρελθὼν καὶ ὁ ἐνεστὼς καὶ ὁ μέλ-
 λων καιρὸς. καὶ ἄλλως δὲ τὰ τρία μῆλα ληπτέον ἐπὶ Ἡρακλέους
 κατὰ φιλόσοφον δόγμα, ὅτι τὰς τρεῖς περιόδους ὁ ἦρωσ ἀνύσας
 τοῦ πρακτικοῦ βίου τέλειος εἶναι δοκεῖ. ταύτη καὶ τριέσπερος λέγε-
 ται κατὰ Ἀνκόφρονα· φησὶ γάρ” τριεσπέρον λέοντος, ὃν ποτε
 20 γνάθῳις Τρίτωνος ἡμάλαψε κάρχαρος κύων.” τὸ γὰρ τρισὶ νύξιν
 ἐσπάρθαι τὸν Ἡρακλέα μυθικόν ἐστιν. Ἡβην δὲ καλλίσφουρον

1 Ἀπριλίῳ om P. ἐπινίκιος P. 4 λέγων PV: corr S.
 5 κρᾶσιν Hasius. 8 ἀγονίας Creuzerus: ἀγορίας V. 16 μῆλα
 add P. 19 Lycophron 33.

46. A. d. 3 Nonas Apriles Hercules Victor colebatur, tanquam
 sanitatis dator. et raphanis hoc mense abstinere Romanis mos erat. Her-
 cules autem tempus a Nicomacho dictus est, verum et sol, ita dicente:
 “Hercules igitur is est, qui fractionem quae in aëre fit tempestatum
 conversione efficit, id est sol.” hanc nimirum ob causam et in eius
 mysteriis mares femineis vestibis ornant, quippe cum post feritatem et
 infecunditatem quae hieme obtinet incipiat germen seminale emolliri. et
 haec veri tribuebant. tria autem ei mala in manu sinistra, temporis
 quae per eum fit partitionis signum: malum enim ob eius cum tempe-
 state consensum, initium autem temporis solstitium vernum. et prae-
 terea tria, quoniam tripartitum tempus. educere autem dicitur canem
 tricipitem ex Tartaro, quod proprium est temporis ut custodiat et cor-
 rumpat, quemadmodum nimirum et canis: tria autem ei capita sunt,
 praeteritum praesens et futurum tempus. et praeterea tria mala acci-
 pienda in Hercule ex placito philosophico, quod tribus periodis vitae
 operosae peractis heros perfectus esse videtur. quare et trinocius vo-
 catur, auctore Lycophrone; dicit enim “trinocii leonis, quem olim
 maxillis Tritonis perdidit asper canis.” tribus enim noctibus generatum
 esse Herculem fabulosum est. Heben autem pulchros talos (s. pedes)

Ioannes Lydus.

6

αὐτῷ δίδωσιν οἷονεὶ τὴν δημιουργικὴν δύναμιν καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐγκάσμιον. ὁ δὲ στέφανος τελειότητος δεῖγμά ἐστι· διὸ δὴ θεοῖς
 p. 94 καὶ βασιλεῦσι καὶ ἱερεῦσιν ἐδίδοδοτο πρώτως· τῆς δὲ τύχης ἀφελο-
 μένης παρὰ τῆς ἀρετῆς τὸν στέφανον, οἱ ἱερεῖς τὸ λοιπὸν ἀποκει-
 ρόμενοι τὴν κόμην κύκλον τινὰ τριχῶν ἀντὶ στεφάνου τῇ κεφαλῇ 5
 περιποιοῦσι. δωδεκάμοχθὸν γε μὴν αὐτὸν φασὶ διὰ τὰ δώδεκα
 ζῴδια ἐκτρέχειν. καὶ τὴν Ἄλκηστιν δὲ τῷ Ἀδμήτῳ ἀναψυχῶσας
 ἀποδίδωσιν, οἷον τῷ κόσμῳ τὴν ζωογόνον φύσιν ἐν τῷ χειμῶνι
 κατανεκρωθεῖσαν ὃ ἥλιος ἀποκαθιστῶν· Ἀδμητος γὰρ ὁ κόσμος
 παρὰ τὸ ἀκάμαντα εἶναι καὶ ἀεῖζων. Ἀνγίαν δὲ διαφθεῖραι λέγε- 10
 ται· καὶ γὰρ ἀνίσχων ὃ ἥλιος τὸν ὄρθριον διασκορπίζει καιρόν,
 ἐν οἷ πολλοὶ ἀνγὴν ὀνομάζουσιν. ὑπὸ δὲ Εὐρουσθέως προστάττεται
 ὃ Ἡρακλῆς τοὺς δυοκαίδεκα ἔθλους ἐκτελεῖν, ἀντὶ τοῦ ὃ ἥλιος
 κελεύσει τοῦ μεγάλου θεοῦ, ἀντιβαινούσης τῆς Ἥρας (οἷονεὶ τῆς
 σφαίρας), ἀντίρροπος αὐτῇ τὸν δωδεκαζῴδιον διαφεύγει οὐρανόν. 15
 οὕτως μὲν οἱ φιλόσοφοι. ἀπὸ δὲ τῶν ἱστοριῶν ἐδρίσκομεν ἐπὶ
 Ἡρακλεῖς γενέσθαι, πρῶτον Διὸς τοῦ Αἰθέρους καὶ Ἀνσιθῆς τῆς
 Ὠκεανοῦ, δεύτερον Νείλου παιδα, τρίτον Ἑλλήνος τοῦ Διὸς καὶ
 Νύμφης Ἀγγιάλης, τέταρτον Διὸς καὶ Θήβης τῆς Αἰγυπτίας,
 πέμπτον Λιβάνου καὶ Νύσης τὸν ἐν Ἰνδοῖς γενόμενον, ἕκτον Διὸς 20
 καὶ Ἀλκμήνης, ἑβδομον Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἀτλαντος.

1 fort. διδόασιν. Roetherus. 4 ἀποκειράμενοι P. 7 ἀνα-
 ψυχῶσας P: apud S ἀναψυχῶσαν. 20 λιβάνου] τὸν λιβάνου V,
 τοῦ λιβάνου P. νύσης τὸν ἐν ἰουλοῖς P.

habentem ei attribuit (fort. attribuunt), tanquam vim creatricem, et pulchrum quod in mundo est. corona autem perfectionis signum est; quare diis ac regibus et sacerdotibus tribuebatur primum: fortuna autem postquam abripuit a virtute coronam, sacerdotes in posterum ton dentes capillum orbem crinium pro corona circum caput faciunt. duodecim autem eum exantlasse labores dicunt, quod duodecim signa caelestia percurrit. et vero Alcestin in vitam revocatam Admeto reddit, velut mundo naturam generandi vi praeditam per hiemem exstinctam sol restituit: Admetus enim mundus, eo quod indefessus est et semper viget. Augiam autem perdere dicitur: etenim oriens sol matutinum dissipat tempus, quod vulgus ἀνγὴν vocat. ab Eurystheo autem iubetur Hercules duodecim labores exantlare, pro sol iussu magni dei, refragante Iunone (quasi sphaera), in contrariam partem vergens, per caelum duodecim signis distinctum fugit. ita fere philosophi. ex historiis autem invenimus septem Hercules fuisse, primum Iove Aetheris filio et Lysithoa Oceani filia natum; alterum Nilo; tertium Hellene Iovis filio et Nympha Anchiale; quartum Iovis et Thebes Aegyptiae filium; quintum Libani et Nyssae, eum qui in Indis natus est; sextum Iove et Alcumena procreatum; septimum Iovis et Maiaie Atlantis filiae.

47. ἡ δὲ Μίλητος τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο Ἀνακτορία.

48. Ἀμάλθειαν δὲ τροφὸν Διός, τὴν [τοῦ] ἅμα καὶ ἄθρόως p. 95
καὶ ἐν χρόνῳ τὰ ὄντα τῷ Διὶ αὔξουσιν· ἄλθειν γὰρ τὸ αὔξειν.
Κράτης δὲ ἀπὸ τοῦ διαίνειν, τουτέστι πιαίνειν, τὴν γῆν βούλεται
5 ὀνομασθῆναι τὸν Δία τὸν εἰς πάντα διήκοντα· Ποσειδάωνιος τὸν
Δία τὸν πάντα διοικοῦντα, Χρύσιππος δὲ διὰ τὸ δι' αὐτὸν εἶναι
τὰ πάντα. ἄλλοι τὸν Δία βούλονται ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ δεῖν,
τουτέστι δεσμεύειν καὶ συνέχειν, τὸ σύμπαν αἰσθητόν· ἄλλοι ἀπὸ
τοῦ ζῆν. τινὲς δὲ κατὰ τὸν ἡρωϊκὸν καὶ μεριστὸν λόγον τρεῖς Δίας
10 εἶναι βούλονται, ἓνα μὲν Αἰθέρος, τὸν δὲ ἕτερον ἐν Ἀρκαδίᾳ τε-
χθῆναι, ἕξ οὗ φασὶν Ἀθηναίαν, τρίτον δὲ τὸν Κρήτα. οἱ δὲ Φοίνι-
κες βασιλείᾳ φασὶν αὐτὸν γενέσθαι δικαιοτάτον, ὥστε τὴν περὶ
αὐτοῦ δόξαν κρείττονα γενέσθαι τοῦ χρόνου. ταύτῃ Κρόνον ἐκβα- p. 96
λεῖν τῆς βασιλείας λέγεται, οἶονεὶ τὸν χρόνον, καὶ τὴν ἕξ αὐτοῦ
15 λήθην ὑπερβαλεῖν. ὁ δὲ Μηλιάς ὑπὸ Ἀμαλθείας αὐτὸν τραφῆναι,
οἶον ἐκ τῆς δυνάμεως, τουτέστιν ἐκ τῆς ἀμαλακίας. ὁ δὲ Κράτης
τὸν Κρόνον φησὶ Σικελίας καὶ Ἰταλίας καὶ τοῦ πλείστου μέρους
τῆς Αἰβύης βασιλεῦσαι ἀπηνῶς, τὸν δὲ τούτου νῖδον ἐπιθέσθαι
τῷ πατρὶ, καὶ αὐτὸν μὲν εἰς ἔσχατον ἐλάσαι τῆς δύσεως, ἡμερώ-
20 τατα δὲ τῆς βασιλείας ἀντιλαβέσθαι καὶ διὰ τοῦτο τιμηθῆναι ὡς
θεόν. Ἐρατοσθένης γε μὴν τὸν Δία ἐν τῇ Κρήτῃ τεχθῆναι λέγει,
κακείθεν διὰ τὸν Κρόνον φόβον μετενεχθῆναι εἰς Νάξον. Εὐμηλος

5 διοικοῦντα P.

9 ζεῖν V.

14 τοῦ χρόνον vulgo.

16 ἀμαλακιστίας Roetherus.

18 ἐπιθέσθαι Roetherus: libri

κείθεσθαι.

20 καὶ αὐτὸν διὰ P.

47. Miletus antea vocabatur Anaetoria.

48. Amaltheam nutricem Iovis vocabant tanquam eam, quae simul
et semel et uno eodemque tempore ea quae sunt Iovi auget: ἄλθειν
enim augere est. Crates autem a pinguefaciendo terram vult nominatum
Iovem, eum qui per omnia pertinet: Posidonius Δία tanquam eum qui
universa administrat; Chrysippus vero propterea quod δι' per eum sunt
universa. alii Δία volunt nominatum a coniungendo et continendo
omnia quae sensibus subiecta sunt; alii a vivendo. nonnulli autem ex
heroica et separabili doctrina tres Ioves esse volunt, unum Aetheris
filium, alterum in Arcadia natum, ex quo Minervam dicunt procreatam,
tertium Cretensem. Phoenices autem regem dicunt eum fuisse iustissi-
mum, ut eius fama superaverit tempus. ideoque Saturnum eiecisse ex
regno dicitur, quasi ex tempore, et eam quae inde oritur oblivionem
superasse. Melias ab Amalthea eum nutritum ait, tanquam a vi, id est
a duritie. Crates autem Saturnum dicit in Sicilia et Italia et maiore
Libyae parte regnasse crudeliter, eius autem filium invasisse patrem
eumque in extremas occidentis partes expulisse, lenissime autem capes-
sivisse regnum ideoque cultum esse ut deum. Eratosthenes vero Iovem
in Creta natum ait, indeque ob Saturni metum translatum in Naxum.

δὲ ὁ Κορίνθιος τὸν Δία ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Λυδία τεχθῆναι βούλεται, καὶ μᾶλλον ἀληθεύει ὅσον ἐν ἱστορίᾳ· ἔτι γὰρ καὶ νῦν πρὸς τῷ δυτικῷ τῆς Σαρδιανῶν πόλεως μέρει ἐπ' ἀκρωρείας τοῦ Τριώλου τόπος ἐστίν, ὃς πάλαι μὲν Γοναὶ Διὸς ὑετίου, νῦν δὲ παρατραπίσης τῷ χρόνῳ τῆς λέξεως Δευσίον προσαγορεύεται. — — 5
φύλακες ἦσαν οἱ Κοῦρητες. ἄλλοι Προμηθέως φασὶν εἶναι υἱόν, οἰονεὶ τῆς προνοίας. οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν φυσικῶν τὸν Δία Ἰδαῖον εἶναι βούλονται, καὶ τεχθῆναι ἐν τῇ Ἰδῇ, τουτέστιν ἐν τῷ παρὰ Ἰδῇ ὄρωμένῳ οὐρανῷ. τῆς δὲ Κόρης πατέρα αὐτὸν φασιν, τουτέστι τοῦ κόρου καὶ τῆς εὐωχίας αἴτιον αὐτὸν γενέσθαι· πρῶτος 10
p. 97 γὰρ βασιλεύσας λέγεται τοὺς ἀνθρώπους διδάξαι γεωργεῖν. πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄλου Διὸς Διοί, ὥσπερ Ἀπόλλωνες ἢ Διόνυσοι.

49. τῇ πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Μαΐων οἱ ἀρχιερεῖς ἐπὶ τὸ θείατρον γενόμενοι ἄνθη ἐπὶ τὸν δῆμον ἐρρίπτουν, καὶ περὶ τὰ σπόρια δὲ ὑπὲρ εὐετηρίας ἱερούτερον, καὶ ἐξῶθεν τῆς πόλεως 15
ἐπὶ ὠρισμένους σταθμοὺς ἤρχοντο ἱερατεύοντες Δήμητρι· ὄνομα δὲ τῇ θυσίᾳ Φορδικάλια. τοὺς γε μὴν σταθμοὺς μιλίαια πατρίως ἐκάλουν ἀπὸ τῆς χιλιάδος τῶν βημάτων. ὄθεν καὶ μίλιτες οἱ στρατιῶται παρ' αὐτοῖς· χιλίους γὰρ ὑπασπιστὰς ὁ Ῥωμύλος μόνους ἔταξε, καὶ μίλιτας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ ἐκάλεισεν οἰονεὶ χιλίους, 20
τὸ πρὶν σαβέλλιτας προσαγορευόμενους. καὶ γὰρ ἐν χιλιάσι τὸ πλῆθος, οὐ μυριάσιν ἢ παλαιότης ἠρίθμησεν, ὡς αὐτὸς Ὅμηρος

3 μέρει Jacobs: libri μένει. 5 τῆς add P. [δεύσιον margo V.
7 Ἰδαῖον] ἠδῖον V. 8 παρὰ ἠδῖον V. 17 φορδικάλια V.
21 σαβέλλιτας P, σατέλλιτας Roetherus.

Eumelus autem Corinthius Iovem in nostra Lydia natum vult, et propius a veritate abest, quoad in historia (positum est): etiam enim nunc in Sardonorum urbis parte occidentali in vertice Tmoli locus est, qui olim i. e. locus natalis Iovis Pluvii, nunc autem, immutato per temporis decursum nomine, Deusium appellatur. — — custodes erant Curetes. alii Promethei dicunt eum esse filium, quasi providentiae. plurimi autem physiorum Iovem Idaeum esse volunt, et natum in Ida, hoc est in ea caeli parte quae ex Ida cernitur. Proserpinae autem patrem eum dicunt, id est satietatis et epuli auctorem eum fuisse: primus enim, cum rex esset, dicitur homines docuisse agriculturam. multi autem ex toto (solo?) Iove (fiunt) Ioves, quemadmodum Apollines vel Bacchi.

49. A. d. 17 Kalendas Maias pontifices theatrum ingressi flores populo spargebant, et circa sementem vero pro fertilitate sacra faciebant, atque extra urbem ad certas stationes precabantur sacra facientes Cereri: nomen autem huic sacrificio Fordicalia. stationes vero miliaria patrio sermone vocabant, a mille passibus; unde et milites apud eos (nomen traxerunt): mille enim stipatores Romulus solos instituit, et milites eos a numero vocavit (velut mille), cum antea satellites appellarentur: etenim millenario numero multitudinem, non decies millenario,

“ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.” ὁ γὰρ μῦθος ἀριθμὸς ἀοριστίως ἐστὶ δεκτικὸς.

50. τῇ πρὸ δεκαμῦς καλανδῶν Μαίτων ὁ Ῥωμύλος τὴν Ῥώμην ἐπόλισε, πάντας τοὺς πλησιοχώρους συγκαλεσάμενος, ἐν- p. 98
 5 τειλάμενός τε αὐτοῖς ἐκ τῆς ἑαυτῶν χώρας βῶλον ἐπικομίσεισθαι, ταύτη πάσης χώρας δεσπόσαι τὴν Ῥώμην οἰωνίζόμενος. αὐτός τε ἱερατικὴν σύμπλυγα ἀναλαβὼν (λίτουον δ' αὐτὴν πατριῶς Ῥωμαιοῖς ἔθος καλεῖν, ἀπὸ τῆς λιτῆς) ἐξεφώνησε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, πάσης ἱερατικῆς τελετῆς ἡγησάμενος. ὀνόματα δὲ τῇ πόλει τρία,
 10 τελεστικὸν ἱερατικὸν πολιτικὸν, τελεστικὸν μὲν οἰονεῖ Ἔρωσ, ὥστε πάντας ἔρωτι θεῖω περὶ τὴν πόλιν κατέχεσθαι, (διὸ καὶ Ἀμυρυλλίδα τὴν πόλιν ὁ ποιητὴς ἀνιγματοδῶς βουκολιάζων καλεῖ), ἱερατικὸν δὲ Φλωρα, οἰονεῖ ἄνθουσα, ὅθεν κατὰ ταύτην ἢ τῶν ἀντιστηρίων ἑορτῇ, πολιτικὸν δὲ Ῥώμα. καὶ τὸ μὲν ἱερατικὸν πᾶσιν
 15 ἦν δῆλον καὶ ἀδεῦς ἐξεφέρετο, τὸ δὲ τελεστικὸν μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐξάγειν ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἐπιτέτραπτο· καὶ λόγος ποιῶν ὑποσχεῖν τινὰ τῶν ἐν τέλει ποτὲ ἀνθ' ὧν ἐπὶ τοῦ πλήθους τὸ τελεστικὸν ὄνομα τῆς πόλεως ἀναφανδὸν ἐθάρησεν ἐξεπεῖν. μετὰ δὲ τὴν
 20 ἐπὶ τῇ ἀναγορεύσει τῆς πόλεως τελετὴν ζεύξας ταῦρον μετὰ δαμά-
 λειωσ περιῆλθε τὸ τεῖχος, τὸν μὲν ἄρρενα ἐπὶ τὴν τοῦ πεδίου πλευρὰν ζεύξας, τὴν δὲ θήλειαν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως μέρος, ὥστε τοὺς μὲν ἄρρενας τοῖς ἔξω γίνεσθαι φοβερούς, τὰς δὲ θηλείας τοῖς ἔνδον γονίμους. καὶ λαβὼν βῶλον ἐκ τῶν ἔξω τῆς πόλεως μετρῶν

1 ἐννεαχίλιοι — δεκαχίλιοι V.

17 ποτὲ] τούτου P.

antiquitas numerabat, ut ipse Homerus “quantum novies mille clamabant vel decies mille.” decies enim mille numerus infinitatem admittit.

50. A. d. 11 Kalendas Maias Romulus Romam condidit, postquam omnes accolae convocavit iussitque eos ex ipsorum terra glebam afferre, hac re omnibus terris imperaturam Romam augurans: et ipse sumpta taba sacerdotali (lituum autem eam patrio sermone Romani vocare solent, a voce λιτή i. e. precatio) pronuntiavit urbis nomen, omnem sacerdotalem initiationem auspicatus. nomina autem urbi tria erant, arcanum, sacerdotale, politicum: arcanum, velut Amor, ut omnes amore divino circa urbem tenerentur, unde et Amaryllida urbem poeta per amabages in carmine bucolico vocat; sacerdotale, Flora, velut florens, unde hoc die Floralia feriae; politicum autem Roma. et sacerdotale omnibus erat notum et libere efferebatur, arcanum vero solis pontificibus proferre in sacris permissum erat; et fama est poenas quondam luisse quendam magistratum propterea quod coram populo nomen arcanum urbis palam conatus esset eloqui. post initiationem autem quae fiebat in nomine urbi indendo, iuncto tauro cum iuvenca circumiit murum, mare adversus agri partem iuncto, femina adversus urbis partem, ut mares exteris fierent timendi, feminae domesticis fecundae; et sumptam

σὴν καὶ τοῖς πρὸς τῶν ἄλλων ἐπικομιζομένοις ἐπὶ τὴν πόλιν ἡκόν-
 p. 99 τιζε, ταύτη οἰωνισάμενος διὰ παντὸς αὐτὴν ἐκ τῆς τῶν ἔξωθεν
7. Καὶ πρὸ Ῥωμύλου ἐπίσημα τῆς Λατίνων βασιλείας ἦν θρόνος δρύφακτος καὶ στολὴ ἢ λεγομένη παρ' αὐτοῖς τραβαία· ποδαπὴ δὲ τις ἦν, μικρὸν ὕστερον ἐρω. ὅθεν ὁ Ῥωμαίων ποιητῆς, ἐν βιβλίῳ ἐβδόμῳ τῆς Αἰνῆϊδος τὴν Λατίνου διαγράφων 15 βασιλείαν, θρόνου καὶ τραβαίας διαμέμνηται. τῷ γε μὴν Ῥωμύλῳ καὶ στέφανος ἦν, καὶ σκῆπτρον αἰτὸν ἔχον ἐπ' ἄκρου, καὶ φαινόλης λευκὸς ποδήρης, ἀπὸ τῶν ὤμων ἔμπροσθεν μέχρι ποδῶν, πορφυροῖς ὑφάσμασιν ἐρραβδωμένος (ὄνομα δὲ τῷ φαινόλῃ τόγα οἰονεὶ σκέπασμα, ἀπὸ τοῦ τέγερε κατ' ἀντίστοιχον· οὕτω 20 γὰρ τὸ σκέπειν Ῥωμαῖοι καλοῦσι), καὶ ὑπόδημα φοινικοῦν· κόθορνος ὄνομα αὐτῷ, κατὰ τὸν Κοκκήϊον. καὶ κοινὸν ἦν τουτὶ τὸ

2 an αὐτούς? 4 cf. de Mensibus p. 50. 15 Aen. 7 169 et 188. 19 ἐρραβδωμένος C. quem ubi simpliciter pono, correcta lectio debetur Fussia. φαινόλης C. 22 κοκκήϊον C, κοκκιον manus recentior.

munt igitur principum maiestatem pravi adultores, ignorantia morem, quo ipsi prius servorum sint, inducentes. quod verum esse ex his etiam colligere licet. Augustus aliquando, vel fortasse Tiberius, qui illi successit, ab adulatorum uno dominus appellatus, surrexit dimisitque concionem, indignum se, ut aiebat, reputans cum servis colloqui. verum cum iam antea ut honos ignominia introducta sit, mansuetissimi principis nostri modestia, quamvis moderatione omnes omnium temporum principes antecedit, et domini nomen veluti boni parentis patitur, non gaudens eo, sed verens potius ne qui venerari se arbitrentur relicere videatur.

7. Iam ante Romulum insignia Latinorum regni erant thronus cancellatus et vestis, quam ipsi trabeam dicunt; quae qualis fuerit, paulo post dicitur. unde vates Romanus, in libro septimo Aeneidos, Latini regiam describens throni et trabeae meminit. at Romulo corona insuper erat, sceptrumque in summo aquilam gerens, et penula alba, talaris, ab humeris in anteriori parte ad pedes pannis purpureis virgata (nomen autem penulae toga, id est tegumentum, idque per antistichum a tegere: sic enim Latine τὸ σκέπειν dicitur), et calcamentum puniceum, cui nomen cothurnus, secundum Cocceianum. eratque haec toga pacis tem-

σχῆμα τῆς λεγομένης τόγας αὐτῶ τε τῶ λεγομένῳ ῥηγί τοῖς τε ὑπηκόοις ἐπ' εἰρήνης· ἢ μέντοι τραβαία μόνου τοῦ ῥηγὸς ἐτύγγανε παρατοῦρα, οἰοῖνὲ σπολή ἐπίσημος. χιτῶν δὲ ἦν καὶ περιβόλαιον ἡμικύκλιον, ὃ πρῶτον Ἀγαθοκλέα τὸν Σικελίας τύραννον ἐξευρεῖν λό-
 5 γος. τὸν δὲ θρόνον σόλιον ἐπιχωρίως ὠνόμαζον ἀντὶ τοῦ σελλίον κατ' ἀντίστοιχον, ὡς φησιν ὁ Ῥωμαῖος Ἀσπρος. ἢ καὶ ἄλλως σόλιον ἀντὶ τοῦ σόλιδον ἐκάλουν, οἰοῖνὲ ὀλόκληρον· στέλεχος γὰρ ἄδρον εἰς κυτίδα καὶ καθέδρας τύπον ἐξορῦντοντες ἀπειτέλουν βῆμι τῆ βασιλείᾳ, ἵνα ὡσπερ ἐν τινι θήκῃ κατησφάλισται τὸ σῶμα τοῦ βα-
 10 σιλέως ἕκ τε νότον ἕκ τε πλευρᾶς ἐκατέρας, μηδεμιᾶς ἀρμογῆς ἢ προσθετοῦ ξύλου σφίγγοντος τὴν καθέδραν, ἕπαξ ὀλοτελῆ καὶ ὀλόκληρον τυγχάνουσαν. ταύτῃ σόλιον τὸν βασιλέως θρόνον ἐκά- λουν. (8) πρὸς τούτοις ἤγοντο Ῥωμύλου πελέκεις δυοκαίδεκα, πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν γυπῶν ὧν εἶδεν ἀρχόμενος θεμελιῶν τὴν
 15 πόλιν. Πρίσκου δὲ Ταρκυνίου τοῦ ῥηγὸς ὕστερον Θούσκους καὶ Σαβίνους πολέμῳ νικήσαντος προστεθήσαν τοῖς τῆς βασιλείας γνωρίσμασι δόρατα ἐπιμήκη, ὡσαύτως τὸν ἀριθμὸν δυοκαίδεκα, ἀκροξίφιδας μὲν οὐκ ἔχοντα, ἤρωρημένας δὲ λοφιάς· καλοῦσι δὲ αὐτὰς οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ἰούβας, οἱ δὲ βάρβαροι τούφας, βραχύ τι
 20 παραφθαρείσης τῆς λέξεως. βηξίλλα πρὸς τούτοις, οἰοῖνὲ δόρατα μακρά, ἐξηρητημένων ὑφασμάτων· γλάμμονλα αὐτὰ ἀπὸ τοῦ φλογί- νου χρώματος καλοῦσι· περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ μηνῶν γραφεῖσιν ἡμῖν ἀποχρώντως ἀνήνεκται. τοιαῦτα μὲν τὰ ἐπίσημα τῆς τότε βασιλείας.

8 βῆματι βασιλέα C, βῆμα τῆ βασιλεία F.
 23 ἀνενηνέκται?

13 ἤγοντο C.

pore commune et regi ipsi et civibus indumentum, trabea vero solius regis paratura, id est vestis insignis. erat autem chlanys sive pallium semicircularē, quod primum Agathoclem Siciliae tyrannum invenisse ferunt. thronum autem solium patrio sermone pro sellium per antistichum vocabant, ut ait Asper Romanus; sive etiam secus solium pro solidum (id est integrum) dixerit. crassum quippe truncum in cistae et sellae formam excavantes suggestum quendam regi faciebant, in quo veluti in arca tutum corpus regis, nulla aut a tergo aut a binis lateribus compage additove ligno sedem vinciente integram prorsus atque ex uno constantem. hinc solium regis thronum appellarunt. (8) ad haec Romulo praeferrebantur secures duodecim, pro numero vulturum quos viderat urbis fundamenta locare incipiens. Thuscis vero et Sabinis a Prisco Tarquinio rege postea bello devictis, additae sunt regiae potestatis insignibus lanceae longiores, numero pariter duodecim, spiculis carentes et promissis iubis ornatae, quas Romani iubas, barbari autem nonnihil corrupta voce tufas vocant. vexilla praeterea, id est lanceae longae, dependentibus pannis: flammula illos a flammeo colore dicunt; de quibus in opere nostro de mensibus sat multa exposita sunt. haec illius temporis regum insignia.

9. Περὶ δὲ τῆς ἐν ὕλοις στρατιᾶς Πάτερνος ὁ Ῥωμαῖος ἐν πρώτῃ τακτικῶν αὐτοῖς ῥήμασι καθ' ἑρμηνείαν ταῦτα φησὶν. "ὁ Ῥωμύλος δὲ κορυβίωνας τῶν ἱερῶν φροντιστὰς προεστήσατο, τοὺς αὐτοὺς καὶ κεντουρίωνας τῶν πεζικῶν ταγμάτων ὀνομάσας. τρισχιλίων γὰρ ὄντων πεζῶν ἀσπιδιωτῶν, ἐκάστης ἑκατοντάδος 5 ἡγεμόνα προύθηκεν, ὃν Ἕλληγες μὲν ἑκατόνταρχον Ῥωμαῖοι δὲ κεντουρίωνα καλοῦσιν, ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἑκατοντάρχους λ'. καὶ τοσοῦτους δὲ μανιπλοῦς, οἷονεὶ σημειοφόρους. ἐκ δὲ τῆς στρατιᾶς τριακοσίους σκουτάτους, ὡς Ῥωμαῖοὶ φασιν ἀντὶ τοῦ ἀσπιδιώτας, πρὸς φυλακὴν ἰδίαν ἀφώρισε" (καὶ μικρὸν ὕστερον 10 εἰρήσεται, τί μὲν ἔστι κλιπεάτος, τί δὲ σκουτάτος στρατιώτης). "προστέθεικε δὲ καὶ τριακοσίους ἱππύτας ταῖς δυνάμεσι, Κελερίω τινὶ οὕτω καλουμένῳ τὴν φροντίδα τούτων παραδούς· ταύτῃ συνεκδοχικῶς ἅπας ὁ στρατὸς κελέριοι τότε προσηγορεύθησαν. ἐν τρισὶ δὲ ἑκατοντάσι συναγομένης τῆς ἱππικῆς δυνάμεώς, τρισὶν 15 ἐπωνύμοις αὐτὰς διέστειλε, Ῥαμνίτας καὶ Τιτίους ἰστών καὶ Λούκερας." τὰς δὲ αἰτίας τουτωνὶ τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς περὶ μηνῶν, ὡς εἴρηται, τεθεῖσιν ἡμῖν ἀποδεδώκαμεν.

10. Εἰπεῖν δὲ καιρὸς τί διαφέρει σκοῦτον κλιπέου. σκοῦτον τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ ἰσχνόν, ὅπερ 20 Ἕλληγες στιπτὸν ὀνομάζουσιν, ἀντὶ τοῦ στιβαρόν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι "στιπτοὶ γέροντες, Μαραθωνομάχοι, πρόινοι." ταύτῃ καὶ σκουτλάτα τὰ ἰσχνά τε καὶ στυγνὰ καὶ κοῦφα τῶν ἐσθη-

23 στεγνὰ?

9. De armata autem militia Paternus Romanus, in libro primo tacticorum, ipsis verbis secundum versionem haec ait: "Romulus autem curiones, qui sacris praeessent, constituit, eosdemque centuriones pedestrium ordinum nominavit. cum enim tria milia essent peditum scutatorum, cuivis centuriae ducem praefecit (quem Graeci ἑκατόνταρχον, Romani centurionem vocant), ut centuriones omnes essent triginta, totidemque manipuli, id est signiferi. ab exercitu autem trecentos scutatos (sic Romani ἀσπιδιώτας vocant) ad propriam custodiam secrevit. (quid clipeatus, quid scutatus miles, paulo post dicetur). adiecit vero copiis trecentos quoque equites, quos Celerem quendam nomine praefecit; unde synecdochice universus exercitus tum Celerum nomen traxit. tribus vero centuriis constantem equestrem manum tribus nominibus distinxit, Ramnium, Titiorum et Lucerum." quorum nominum causas in iis quae, uti diximus, de mensibus a nobis scripta sunt exposuimus.

10. Nunc inter scutum et clipeum quid intersit, dicendum. scutum igitur Romani dicunt quod firmum simul et tenue, quod idem Graeci στιπτόν, id est στιβαρόν, dicunt, veluti Aristophanes in Acharnensibus "densati senes, Marathonii proeliatores ilignei." hinc et vestimenta

μάτων καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. τοιαύτη δὲ ἡ τῆς ἀσπίδος κατασκευὴ· ἀβαρῆς μὲν γάρ ἐστιν ὡς ἰσχνή, καρτερωτάτη δὲ καὶ ταῖς πληγαῖς οὐκ εὐχερῶς ἐνδιδοῦσα. κλίπεον δὲ Ῥωμαῖοι τὸν θυρεὸν καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν καὶ καλύπτειν τὸν ἐπιφερόμενον αὐτόν. Ἑλλήνων γὰρ ἴδιον καὶ μόνων ἀσπίσι τροχωτάταις ἐν πολέμῳ χρῆσθαι, βαρβάρων δὲ θυρεοῖς· πρὸς γὰρ τὸ κατεπεῖγον τῆς μάχης τὰς θύρας ἀνασπῶντες ὡς σκεπάσασιν αὐταῖς εἰῶθαι χρῆσθαι.

11. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀσπίδος βραχυτέρας, ἧς 10 πείρομαχεῖν οἱ ὑπὲρ Ἰστρου οὐκ ἰσχύοντες ἐπὶ τῶν ἵππων κομίζουσι (πάρμαν αὐτὴν Ἴταλοι καλοῦσιν), ὡσεὶ πέλτας οἱ Σκύθαι. ἀγκίλιον πρὸς τούτοις τοῖς ἀρχαίοις γέγονεν (οὐδὲ γὰρ νῦν) εἶδος ἀσπίδοςκαρίου, ἕξ οὗ καὶ ἀγκίλιας τὰς δορικτήτους γυναικας ἠνόμασαν· τὴν γὰρ ἀρέσκουσαν αὐτῷ τυχὸν γυναικί οὐ στρατιώτης ἔσκεπε 15 τῷ ἀγκιλίῳ ἐπὶ τῆς ἐφόδου, ὡς μὴ βλάπτοιτο πρὸς τινος, οἷα φυλαττομένη τῷ σώσαντι ταύτην. καὶ σέρβους τοὺς δούλους ἀπὸ τοῦ φυλαχθῆναι ἐκ τοῦ πολέμου Ἴταλοι λέγουσι· τοὺς δὲ μὴ δορικτήτους, ἀλλ' ἑλευθέρους μὲν τὴν τύχην δι' ἔνδειαν δὲ δουλεύοντας, φημιούλους, ὅτι φάμις ὁ λιμὸς προσαγορεύεται. ἀγκίλια 20 δὲ ἕξ [Ἑλληνικῆς] Αἰολικῆς σημασίας εἴρηται ὡσανεὶ ἀμφίλια· τὰ γὰρ πελτάρια τῶν Ἀμυζόνων τοιαῦτα.

12. Στολὴ δὲ τότε παντὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι μία, περικεφαλαία χαλκῇ καὶ θώραξ κρικωτὸς καὶ ξίφος πλατὺ κολο-

3 κλίπεον—καλοῦσιν. nempe Lydo clipeus est scutum, et vicissim. F.
5 βραχυτάταις? 19 προβατορεύεται C. 20 ἀμφί λεία F.

tenuia densaque et levia Romani scutulata vocant. talis autem fabricatur clipeus: levis enim est utpote tenuis, at firmissimus, nec plagis facile cedit. clipeum autem Romani τὸν θυρεὸν vocant, a κλέπτειν, quia eripit (κλέπτει) tegitque ferentem. Graecis enim proprium, iisque solis, clipeis rotundissimis in bello uti, barbaris vero scutis oblongis: quippe urgente certamine elatis scutis veluti tegminibus uti consueverunt.

11. Est autem et aliud scuti brevioris genus (parmam Itali vocant), quod pedites pugnare nescientes, qui ultra Istrum incolunt, in equis gerunt, quemadmodum peltas Scythae. ancile ad haec antiquis fuit (neque enim nunc eo utuntur), scutuli genus, a quo etiam ancillas bello captas mulieres dixere: quippe placentem sibi forte mulierem miles ancili in proelii concursu tegebat, ne ab aliquo laederetur, futura utpote illius qui eam servasset. et servos mancipia quasi e bello servatos Itali appellant: qui autem non bello capti, sed liberi quoad fortunam, propter egestatem serviunt, eos famulos dicunt, quoniam famis ὁ λιμὸς vocatur. ancilia autem a Graeca eaque Aeolica voce dicta sunt quasi ἀμφί λεία (utrinque laevia): tales enim sunt parvae Amazonum peltae.

12. Ornatus autem tum totius Romani exercitus idem: galea aerea, et lorica annulis conserta, et gladius latus, curtus, in sinistro femore

βόν, ἡωρημένον ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου μηροῦ, καὶ ἀκόντια ἐπὶ τῆς δεξιᾶς δύο, γλωχίνας πλατείας ἔχοντα, περικνημιδές τε ὑφανταὶ μέλαινοι, καὶ ὑποδήματα τοῖς ποσίν, ἅπερ Ἕλληνες μὲν ἀρβύλας Ῥωμαῖοι δὲ γάρβουλα καὶ κρηπίδας ὀνομάζουσιν. οὐχ ἁπλῶς πως, οὐδὲ ἀλόγως· ἐν γὰρ ταῖς Εἰκόσι Τερέντιος ὁ ἐπίκλην Βάρ- 5 ρων (τὸ δὲ Βάρρωνος ἐπώνυμον τὸν ἀνδρείον κατὰ τὴν Κελτῶν φωνήν, κατὰ δὲ Φοίνικας τὸν Ἰουδαῖον σημαίνει, ὡς Ἐρέντιος φησιν) Αἰνεῖαν οὕτως ἐσταλμένον εἰς Ἰταλίαν ἐλθεῖν ποτὲ ἀνεγράψατο, ἰδὼν αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, ὡς εἶπεν, ἐκ λίθου λευκοῦ ἐξεσμένην ἐπὶ κρήνης ἐν τῇ Ἄλβη. καὶ πανάληθες μᾶλλον ἐστὶ· καὶ 10 γὰρ ὁ Ῥωμαίων ποιητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Αἰνῆϊδος οὕτως ἐσταλμένον αὐτὸν καὶ πλανώμενον σὺν Ἀχάτῃ ἐν τῇ Λιβύῃ εἰσήγαγε. σάρακας δὲ ἐπ' εἰρήνης θυριοῦς ἐξ ὧμων ἄνωθεν ἕως κνημιῶν ἐξηρημένους περιετίθειτο, κοσμοῦντες αὐτῶν τοὺς λεγομένους πο- 15 δεῶνας, καὶ γλόβας αὐτοὺς ὀνομάζοντες οἰονεὶ δοράς, ὅτι γλοβάρε 15 τὸ ἐκδεῖραι Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν. καὶ οὐ τοῖς στρατιώταις οὕτως ἐστάλθαι μόνοις ὄπλοφοροῦσι νόμος, ἀλλὰ καὶ αὐτοκράτορσι. τῶν δὲ νῦν στρατιωτῶν βαρβάρους ζηλωσάντων, ἐκείνων δὲ αὐ- 20 τούς, παρὰ μόνοις τοῖς τοῦ παλατίου φύλαξι (λέγονται δὲ παρὰ Ῥωμαίοις ἐσκουβίτωρες οἰονεὶ φύλακες ἄγρουπνοι, οὓς πρῶτος 20 μετὰ Ῥωμύλον Τιβέριος Καῖσαρ ἐξεῖρε) τὸ τοιοῦτο παραπέμεινε

2 γλωχίνας πλατεῖς F, γλωχίνοι πλατυς C. 9 ἐξεσμένης ἐπὶ κρήνης C. 11 Virgilius Aen. 1 316 hoc tantum: ipse uno graeditur comitatus Achate, bina manu lato crispans hastilia ferro. sic Lydus passim auctoribus, quae minime dixere, tribuit. F. 13 σαράκας F. pro θυριοῦς recentior manus θυρεοῦς: an θηρεοῦς? ποικιλοπέδεων C.

pendens, et iacula in dextra duo, lata cuspide, et tibiurum tegumenta texta nigra, et calceamenta, quae Graeci ἀρβύλας, Romani garbula et crepidas vocant; neque haec casu temereve: etenim in imaginibus Terentius, cognomine Varro (Varronis vero cognomen Celtica lingua strenuum et Phoenicia Iudaeum sonat, ut testatur Herennius), Aeneam ita ornatum in Italiam olim venisse retulit, visa, ut ait, Albae ad fontem imagine eius e lapide condido scalpta. quo quidem nihil verius est: nam et Romanorum vates, in libro primo Aeneidos, eundem ita ornatum cumque Achate in Libya errantem induxit. sarracas vero pacis tempore... ab humeris superne ad tibias pertinentes gerebant, peronas suas, quas vocant, ornantes, globasque eas, id est pelles, appellantes, quia globare Romani τὸ ἐκδεῖραι (glubere) dicunt. neque milites tantum armigeros ita ornari moris fuit, sed imperatores quoque. hodierni autem milites cum barbaros hique illos aemulentur, solis palatii custodibus (excubitores a Romanis vocantur, id est custodes vigiles, quos primus post Romulum Tiberius Caesar instituit), ille ornatus mansit, a Romulo, ut dixi,

σῆμα, ἀπὸ Ῥωμύλου, ὡς ἔφην, ἐξ Αἰνείου τὴν ἀρχὴν ἔχον. οὐδὲ γὰρ ἔξην Ῥωμαίοις βαρβαρικὴν στολὴν περιθέσθαι· καὶ τοῦτο Τράγκυλλος ἐν τοῖς περὶ Ἀύγουστον διαμένηται. ἰδόντα γὰρ φησι τὸν Ἀύγουστον ἐν τῷ ἵπποδρομίῳ τιπὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τὸ βαρβαρικὸν ἐσταλμένους ἀγανακτῆσαι, ὡς ἐν ἀκαρεῖ τοὺς καταγνωσθέντας ἀποβαλόντας τὸ βάρβαρον μόγις ἐπιγνωσθῆναι τῷ Καίσαρι. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ Ῥωμύλου στρατιά.

13. Καὶ τὰς λεγομένας δὲ ἀπτηνσίονας πρὸς Θεραπίαν τῶν ῥηγῶν ἐπινοηθῆναι στοχάζομαι, πρὸς βυσταγὴν καὶ φορὰν 10 τῶν ἀναγκαίων, ὡσπερ νοκτούρονος πρὸς ἔπιπλα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα πρὸς κοῖτόν ἐστι χρήσιμα· Κικέρων γὰρ ὁ πολὺς ἐν τοῖς κατὰ Βέρρον μένηται τουτουὶ τοῦ ὀνόματος. ἀπτήνσους τοὺς οἰκιακοὺς ὑπηρέτας τῶν ῥηγῶν ὠνόμαζον ἀπὸ τοῦ προσυνέχειν καὶ πειθαρχεῖν· ἀπτήνδερε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸ φιλονεικεῖν λέ- 15 γουσιν.

14. Ὡς οὖν εἴρηται μοι, τὴν μὲν πείσομαχον δυνάμιν τοῖς 20 ἑκατοντάρχοις, τὴν δὲ ἱππικὴν Κελέριον τῷ πρὶν τῆς ὅλης ἡγησα- μένῳ στρατιᾷς παραδέδωκε, πάσης αὐτὸν δυνάμειος καὶ τύχης καὶ διοικήσεως κρατεῖν ἐγκεινόμενος, ὡς ἕτερον οὐθὲν ἢ μόνον τὸν στέφανον τὴν βασιλείαν παρὰ τῶν ὑπάρχων κατασχεῖν ἔξου- σίαν ἀδέσποτον ἑαυτῇ. ταύτην τὴν ἀρχὴν οἱ τε ῥῆγες οἱ τε δικτά- τωρες ἔχον ἅπαντες, καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Καίσαρες, ἔπαρχον τὸν

3 v. Sueton. Aug. 40. F. 12 τουτι C, τουτουὶ F. 17 κελέ-
ριος C. 18 αὐτῶν C. 20 noune τῶν ἱππάρχων? an τὴν
ἱππαρχον? ἐξουσίας F.

ab Aenea initium habens. neque enim licebat Romanis barbarica veste uti; de quo meminit Tranquillus in Augusto. ait enim Augustum, cum in hippodromo Romanos quosdam barbarorum more vestitos vidisset, succensus: itaque animadversos confestim barbarum cultum abiecit, vixque cognitos esse a Caesare. talis igitur fuit Romuli exercitus.

13. Et attentiones vero, quas vocant, regum ministerio inventas suspicor, ad advehenda ferendaque necessaria, veluti nocturnos ad supellectilem et quaecunque ad lectum pertinent curanda. meminit huius nominis celeberrimus Cicero in oratione contra Verrem. attentos fidos regum ministros vocabant ab attendendo atque obtemperando: attendere enim τὸ φιλονεικεῖν Romani dicunt.

14. Igitur, ut diximus, pedestres copias centurionibus, equestres autem Celeri, qui ante totius exercitus praefuerat, tradidit; eumque omnis potestatis et fortunae et administrationis principem esse voluit, ut nihil aliud nisi solam coronam magistrorum equitum potestati exemptum sibi rex relinqueret. hoc magistratu et reges et dictatores omnes usi sunt, ac deinde Caesares, qui magistrum equitum praefectum praetorio co-

ἵπαρχον μετονομάσαντες· καὶ μάρτυς Αὐρήλιος ὁ νομικός, ῥή-
μασιν αὐτοῖς πρὸς ἑρμηναῖον τούτοις εἰπὼν “διὰ βραχείων εἰπεῖν
χρειῶδες ἔστι πόθεν τὴν ἀρχὴν ὁ τῶν πραιτωρίων ἵπαρχος ἔσχειν.
ἀπὸ τοῦ ἵπαρχου ἢ μᾶλλον· εἰς τόπον γὰρ ἐκείνου τὸν ἵπαρχον
προχειρισθῆναι φασίν. τοῖς ἀρχαίοις ἔστιν οἷς ἢ πῦσα πρὸς και- 5
ρὸν ἕξουσία τῶν πραγμάτων ἐπιστεύετο. ἐπελέγοντο γὰρ ἑαυτοῖς
ἡγεμόνα τῶν ἱπέων ἕκαστον, κοινωνὸν ὡσπερ τῆς ἀρχῆς καὶ διοι-
κήσεως τῶν πραγμάτων. τοῦ δὲ κράτους ὑστερον ἐπὶ τοὺς αὐτο-
κράτορας μετενεχθέντος, πρὸς ὁμοίωσιν τοῦ ἵπαρχου ὁ τῶν
πραιτωρίων προῆλθεν ἵπαρχος. καὶ δέδοται αὐτῷ μείζων ἢ κατ’ 10
ἐκεῖνον ἰσχύς τῆς τε διοικήσεως τῶν πραγμάτων τῆς τε καταστά-
σεως καὶ ἀσκήσεως τῶν στρατευμάτων καὶ ἐπανορθώσεως ἀπά-
σης, καὶ εἰς τοσοῦτον ὑπεροχῆς προελθεῖν ὡς μηδεὶ ἐξῆναι πρὸς
ἔφεσιν ὁρμᾶν ἢ ὄλως ἐκκαλεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κρίσιν.” καὶ τότε
μὲν ὁ νομογράφος.

15. Ὅτι δέ, κἂν εἰ τυχὸν πρεσβυτέρα καὶ μείζων τῶν
ἀρχῶν ἀπασῶν ἐπαρχότης τῶν πραιτωρίων εἶναι δέδοται, καὶ
χρειῶδες ἦν ἅμα καὶ ἀρμόδιον δι’ ὅλης αὐτῆς τῆς τάξεως καὶ δυ-
νάμεως ἔξαγαγεῖν τὸν λόγον· ἀλλ’ οὐκ ἐπειδὴ μὴ ἀπ’ ἀρχῆς, ἀπὸ
δὲ τοῦ Αὐγούστου ἀντὶ τοῦ ἵπαρχου, ὡς ἔφην, προχειρισθῆ, 20

1 locus Aurelii, qualis nunc in Digestis (1 tit. 11) exstat, non-
nulla habet a Lydo non expressa. F. 3 ὁ vulgo om. 4 ἢ,
ni fallor, delendum. cf. 1 33 et 2 12 μᾶλλον. F. 5 φασίν F,
πασιν C. 7 lego ἕκαστος. F. 9 ὁ vulgo om.
11 τε διοικ. F, δὲ διοικ. C. 14 ἔφεσιν F, ἄφεσιν C. mox
F ἐγκαλεῖσθαι. lego τόδε. F. 16 lego πρεσβυτέραν —
ἐπαρχότητα. F. mihi facilius visum μείζω mutare in μείζων.

gnominarunt. testis est Aurelius iurisconsultus, cuius ipsa verba se-
cundum versionem haec sunt: “breviter commemorare necesse est, unde
initium praefectus praetorio habuerit. a magistro equitum profecto: in
illius enim locum praefectum praetorio creatum esse aiunt. apud veteres
quibusdam omnis rerum administratio ad tempus credebatur. nam
eligebant sibi quisque magistrum equitum socium quasi imperii et rei
publicae administrandae. postea vero summa rerum ad imperatores
translata, ad similitudinem magistri equitum praefectus praetorio pro-
diit, dataque est ei maior quam fuerat illius potestas, cum in rebus ad-
ministrandis, tum in exercitiis et instituendis et exercendis, tum in
omni disciplina emendanda; quae quidem eo progressa est, ut nemini
appellare aut omnino incusare eius sententiam liceret.” haec iuriscon-
sultus.

15. Quoniam vero, quamvis forte vetustior omnibus magistratibus
ampliorque sit praefectura praetorii, ac necesse simul congruumque to-
tum eius officium potestatemque enarrando persequi: verum tamen,
quoniam non initio, sed ab Augusto pro magistro equitum, ut dixi,

ἀρχέσει τέως περὶ τῆς ἀρχαιότητος εἰπεῖν, καὶ ὅθεν ἡ ἐπαρχύτης ἔχει τὰ σπάργανα, εἶτα μετὰ τὴν ἀφήγησιν τῶν παλαιότερων ἀρχῶν, ἐν προοιμίῳ τῆς Ἀγούστου βασιλείας, ἐξ ἧς, ὡς ἔφην, καὶ τὰ προοίμια ἔσχεν ἡ ἀρχή, ἐφεξῆς ἅπαντα, ὅσων τε κατὰ 5 σμικρὸν ἀφηρέθη. εἶτα δὲ καὶ περὶ τῆς ὑπ' αὐτὴν τελοῦσης μεγίστης ὡς ἀληθῶς τάξεως, ἐν ἧ καμὲ τελέσει συμβέβηκε, λεπτομερῶς ἀφηγήσομαι (καὶ γὰρ ἐπίσταμαι οὐ κακόν, ἀλλ' αὐτοῖς ἔργοις ὑπουργήσας τοῖς πράγμασιν) εὐχαριστήριον ὡσπερ ἀνάθημα προσφιλὲς τοῖς ἐφόροις τῆς ἀρχῆς ἀναφέρων, διαθρέψασιν 10 ἅμα κοσμίως ἡμῶς, καὶ μετὰ θεὸν τὸν πάντων κύριον γέρα τε τῶν πόνων καὶ πέρας ἐσθλὸν καὶ τύχην κρείττονα παρεσχηκόσιν.

16. Δῆλον ἀντικρὺς ἐκατὸν τὸν ἀριθμὸν γέροντας ἐκ πασῶν τῶν κουριῶν (ἀντὶ τοῦ φυλῶν) ἐπιλέξασθαι τὸν Ῥωμύλον πρὸς διάσκεψιν τῶν κοινῶν, οὓς αὐτὸς μὲν πατέρας Ἴτυλοὶ δὲ 15 πατρικίους ἐκάλεσαν ἀντὶ τοῦ εὐπατρίδας. μετὰ δὲ τὴν ἀρπαγὴν τῶν Σαβίνων conscriptos αὐτοὺς ἐπονομάσας οἰονεὶ συγγεγραμμένους, ὅθεν patres conscripti οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἔτι καὶ νῦν χρηματίζουσι, καὶ ἑτέρας δὲ τριάκοντα κουρίας καὶ τοσοῦτους ἐκατοντάρχους καὶ τριακοσίους ἑτέρους ἰππότας ἐκ τοῦ Σαβίνων 20 ἔθνους τῷ Ῥωμαϊκῷ συνηρίθμησε στρατιῶ, ὡς εἶναι πάντα ἑξακισχίλους μὲν πεζομάχους ἑξακοσίους δὲ ἰππότας. καὶ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν ὁ Μάριος ὕστερον διεφύλαξε, τὰς λεγομένας λεγιῶ-

4 ὅσον vulgo.
τρέψασιν vulgo.

7 legendum, ni fallor, κακῶς. F.
13 φίλον C.

9 δια-

creatus est, satis erit huc usque de antiquitate et incunabulis praefecturae dixisse, ac deinde, enarratis vetustioribus magistratibus, in prooemio Augusti imperii, ex quo, ut dixi, initium magistratus quoque habuit, omnia deinceps, quantumque paulatim imminutus sit, explicare. deinde autem et de eidem apparente officio, sane maximo, ad quod me quoque pertinere contigit, subtiliter exponam (etenim non male scio, quippe qui vere operam rebus dederim), in gratiarum actionem quasi consecratum acceptumque donum praesidibus imperii offerens, qui et liberaliter nos sustentant, et post deum, omnium dominum, praemia laborum nobis et optatum finem et fortunam potiore praebuerunt.

16. Constat omnino centum numero senes ex omnibus curiis (id est tribubus) elegisse Romulum, qui de re publica consultarent; quos ipse patres, Itali autem patricios (id est nobili genere ortos) dixerunt. post raptas Sabinas vero conscriptos eos cognominavit, id est συγγεγραμμένους: unde patres conscripti Romanorum magistratus etiamnum appellantur. nec non alias triginta curias totidemque centuriones atque alios trecentos equites de gente Sabinorum Romano exercitui adiecit, ut omnino essent peditum sex milia et equites sexcenti. atque hunc numerum Marius postea servavit, legiones quas vocant (id est delectas

νας οίονει λογάδας διατυπῶν. καὶ ὁ Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς πρῶτος τοὺς λεγομένους ἐσκουβίτωρας τῶν παρεξόδων τοῦ παλατίου φύλακας προστησάμενος τριακοσίους μόνους ἐστράτευσε κατὰ τὴν ἀρχαιότητα.

17. Ἐπίσημα δὲ τοῖς πατρῶσιν ἦτοι πατρικίοις ἦν δίπλα-5
κες μὲν ἦτοι γλαμύδες ἄχρι κνημιῶν ἐξ ὤμων διήκουσαι, περόναις χρυσαῖς ἀνεσταλμέναι, τὸ χρώμα ξηρομπέλινον, πορφύρα κατὰ μέσον διάσημοι (λατικλαβίας αὐτὰς ὠνόμαζον, τὰς δὲ γλαμύδας ἀτραβαττικὰς ἐκ τοῦ χρώματος, ὅτι τὸ φαιὸν κατ' αὐτοὺς ἄτρον προσαγορεύεται), καὶ παραγῶδαι, χιτῶνες λογχοτοί, ἀκροπόρ-10
φουροι, λευκοὶ διόλου, περιχειρίδας ἔχοντες (μάνικας αὐτὰς ἐκείνοι λέγουσι, τοὺς δὲ τοιοῦτους χιτῶνας παραγῶδαι τὸ πλῆθος οἶδεν ὀνομάζειν· ἀρχαῖος ὁμοίως χιτῶν ὁ παραγῶδης, Πέρσαις καὶ Σαυρομάταις ἐπίσημος, ὡς Διογενιανῶ τῷ λεξικογράφῳ εἴρηται), περισκελίδες τε λευκαί, ὅλον τὸ σκέλος σὺν τοῖς ποσὶ σκέπουσαι, 15
καὶ ὑπόδημα μέλαν, ὑποσάνδαλον, δι' ὅλου γυμνόν, βραχῆϊ τινὶ ἀναστήματι τὴν πτέρην, ἐπ' ἄκρον δὲ τοὺς δακτύλους τοῦ ποδὸς συσφίγγων, ἱμάντων ἐκατέρωθεν ἐπὶ τοὺς ἀστραγάλους ὑπὸ τὸ ψάμι τοῦ ποδὸς διελκομένων ἐπὶ τὸ σιῆθος, ἀνθυπαντῶντων ἀλλήλοις καὶ διαδεσμούντων τὸν πόδα, ὥστε βραχὺ λίαν ἐκ τε 20
δακτύλων ἔμπροσθεν καὶ ἐξόπισθεν διαφαίνεσθαι τὸ ὑπόδημα, ὅλον δὲ τὸν πόδα τῇ περισκελίδι διαλάμπειν. κάμπαγον αὐτὸ καλοῦσιν ἐκ τῆς ἐπὶ τὸν κάμπον, οἶονει τὸ πεδίον, χρείας ἔτι καὶ

6—7 περόνες χρυσαῖς ἀνεσταλμέναις C.

19 ψάμα] an πέλαμα?

21 ἔμπρος C.

copias) constituens; primusque Leo imperator, cum excubitores, quos vocant, palatii liminum custodes constituisset, more antiquo non plus trecentos delegit.

17. Insignia autem patribus sive patriciis erant laenae duplices sive chlamydes, ab humeris ad tibias pertinentes, aureis fibulis adstrictae, colore xerampelino, mediae purpura insignes (laticlavias eas vocabant; chlamydes autem atrabatticas a colore, quoniam τὸ φαιὸν illorum sermone atrum dicitur): paragaudae tunicae lanciolatae, purpura praetextae, totae albae, manicis ornatae (sic illi περιχειρίδας vocant. tales vero tunicae paragaudas appellari vulgo notum est. antiqua tamen tunica paragaudis, Persarum et Sauromatarum insignis vestis, ut Diogenianus, vocabulorum scriptor, dixit); fasciae crurales albae, totum crus cum pede tegentes; et calceamentum nigrum, solea constans, apertum prorsus, exstante parva parte calcem, et in imo digitos premens; loris utrinque . . . pedemque vincientibus, ut perexigua calcei pars, cum a digitis tum a calce, appareret, totus vero pes cum fascia crurali cerneretur. campagum eum ab usu in campo etiamnum vocant: in campo

νῦν· ἐπὶ γὰρ τοῦ πεδίου γενόμενοι τὰς προαγωγὰς τῶν ἀρχόντων Ῥωμαῖοι ἐπετέλουν, ἐφ' οὗ τοῖς τοιοῦτοις ἐστέλλοντο ὑποδήμασι. τουτοὶ τὸν κάμπαγον Θούσκων γενέσθαι τὸ πρὶν ὃ Λέπιδος ἐν τῇ περὶ ἱερέων φησί.

5 18. Πρόεδρος δὲ τοῖς πατρικίοις ἐκ ποδὸς μὲν οὐδέποτε, ἀλλ' οὐδὲ ἵππική (κοινὴ γὰρ ἐδόκει), ὀχήμασι δὲ ἐπισήμοις, ἐφ' ὑψηλοῦ τῆς καθέδρας ἀναστρωννύμενοι, τεσσάρων ἡμιόνων ἐλκόντων τὸ ὄχημα, ἐκ χαλκοῦ Κορινθίου εἰς πλήθος σχημάτων καὶ τύπων ἀρχαιοφανῶν διαγεγλυμμένων. οὐδὲ γὰρ ἵππους ἐξῆν
10 ἔποξενῆσαι τῷ ὀχήματι, εἰ μὴ γε μόνοις τοῖς βασιλεῦσι· θριαμβικὴ γὰρ ἢ μετὰ τῶν ἵππων ἐν ὀχήματι πρόεδρος. βουριχάλλια δὲ τὰς ἀμάξας ἐκ τῶν βοῶν ἐκάλουν· ὧν ἄνευ, ἐπεὶ μὴ φορτίον ἐπέκειτο, ἡμιόνοις ἐπίστευον τὸν ζυγόν.

19. Τίτος Τάτιος Σαβίνων ἡγοούμενος, ὡς ἔφθην ἐπιῶν,
15 συναφθεὶς τοῖς Ῥωμαίοις οὕτως ἦνωσεν ἅμφω τὰ ἔθνη, ὡς μηκέτι δύο μίαν δὲ καὶ μόνην ἀναφέρεσθαι τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν· ὅτι δὲ Τίτος Τάτιος τὴν προσηγορίαν ἐκεῖνος εἶχεν, ὑποκοριστικῶς τίτουλον ἀπὸ τοῦ πρώτου Τίτου τὴν προγραφὴν τῆς εὐγενείας ἐκάλεσαν, καὶ Τίτους τοὺς ἐκ προγόνων εὐγενεῖς, ὡς φησι Πέρ-
20 σιος ὁ Ῥωμαῖος· τοιαῦτα μὲν τινα περὶ τῶν ἀξιωματίων.

20. Πάσης δὲ τιμῆς πρώτην ἐλογίζοντο οἱ τῆς Ῥώμης ἐπατρίδια τὴν ἀπὸ τῶν χαρισμάτων εὐφημίαν, καὶ ὅσω πλείους

7 leg. ἀναστρωννυμένοις: refertur enim ad ὀχήμασιν. F. 9 ma-
lim διαγεγλυμμένον. 16 an ἀναφαίνεσθαι? 19 v. Pers.
Sat. 1 19 et 20. F.

enim magistratum electiones Romani peragebant, ubi huiusmodi calceos gerebant. hunc campagum Thuscorum antea fuisse ait Lepidus in libro de sacerdotibus.

18. Prodibant autem patricii pedibus quidem nunquam; at neque equo (vulgare quippe videbatur), sed curru insigni, cuius alta sedes instrata; quattuor mulis trahentibus currum ex aere Corinthio, plurimis figuris imaginibusque antiquis insculptis ornatum. neque enim equos curru iungere cuiquam nisi solis regibus licebat: triumphalis quippe cum equis in curru incessus. burichallia autem vehicula a bovis vocabant; quorum in vicem, cum onus impositum non esset, mulis iugum tradebant.

19. Titus Tatius Sabinorum rex, iunctus, ut supra diximus, Romanis, ita inter se ambos populos coniunxit, ut non amplius duae sed una solaque Romanorum res publica appellarentur. qui cum Titus Tatius vocaretur, diminutive titulum a primo Tito inscriptionem nobilitatis, et Titos nobili stirpe genitos dixerunt, ut ait Persius Romanus. haec de titulis.

20. Quovis autem honore maiorem ducebant Romani patricii bonam famam munificentia partam; et quo plures familiares habebant, eo

ἔχον τοὺς οἰκειομένους αὐτοῖς, τοσοῦτω μείζονα τὴν εὐδοξίαν παρὰ τοὺς ἐλάττονας ἔλογιζοντο. καὶ μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Ἰουβενάλιος, εἰπὼν καὶ ὑπατειῶν καὶ θριάμβων καὶ τῶν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθημάτων πρώτην γενέσθαι τοῖς ἀρχαίοις τὴν ἀπὸ τῶν χαρισμάτων εὐκλειαν. τοὺς δὲ οἰκειομένους αὐτοῖς κλιέντης ἀντὶ 5 τοῦ κολιέντης κατ' ἀντίστοιχον πατρῴως ἐκάλουν, οἷονεὶ τιμῶντας καὶ ἀγαπῶντας αὐτούς, σὺν πάσῃ τιμῇ καὶ μετριότητι τὰς δωρεὰς χαριζόμενοι, ὥστε φιλοτιμίας τὰς τῶν φίλων τιμὰς ὀνομάζειν. οὐδεὶς δὲ τυχὼν οἰκειώσεως εὐπατριδίου ἔχρηξεν ἑτέρου τὸ λοιπὸν πρὸς τὴν τοῦ ὄλου βίου παραμυθίαν, αἰσχος οἰομένων ἀν- 10 τῶν καὶ τῆς οἰκείας τύχης ἀπόστασιν, εἴ πού τις τῶν φίλων αὐτοῖς εἰς ἑτέρου κατέστη χρεῖαν. καὶ τουτοῦ ἴχνος ἀμαυρὸν ἕως ἄρτι παρὰ Ῥωμαίοις ἐφυλάττετο. περὶ γὰρ τὴν Ὀστιάν (πόλις δὲ ἔστιν ἐπὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Θύβριδος κειμένη) ἀπέστελλον οἱ τῆς Ῥώμης λογάδες τοὺς οἰκειοτάτους, καθάπερ τι θῆριον καλόν, 15 τοὺς ἀναγομένους ξένους λαμβάνοντας πρὸ τῶν ἄλλων ἄγειν ὡς αὐτούς, πρὸς πάσης ἀφθονίας ἐπίδοσιν ἀνεωχθειῶν ἅπασι τῶν αὐλείων θυρῶν τῆς οἰκίας τοῦ μείζονος, μηδενὸς φύλακος ἢ θυρωροῦ διακωλύοντος τοῖς δεομένοις τὴν εἴσοδον, αὐτῶν τῶν εὐπατριδῶν σὺν γαμεταῖς καὶ τέκνοις προφαινομένων τοῖς ξένοις 20 καὶ θαρρεῖν ἀξιούντων τοὺς οὐδέποτε ὀφθέντας αὐτοῖς. διῆλθε δὲ ὅμως καὶ ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς Ῥώμην ἢ τοιαύτη φιλανθρωπία,

2 excidit forte ἔχοντας. F. Iuvenalis Sat. 5 110: *namque et titulis et fascibus olim maior habebatur donandi gloria*. F.
9 ἔχρησεν vulgo. 16 malim καταγομένους. F.

maiores suam prae aliorum, quibus pauciores essent, gloriam existimabant. testis est Iuvenalis Romanus, cum ait et fascibus et triumphis et praeclaris bellorum facinoribus maiorem fuisse antiquis munificentiae gloriam. familiares autem suos clientes, per antistichum pro colientes, patrio sermone dicebant, id est honorantes amantesque ipsos, cum summo honore modestiaque dona largientes, ut munera sua amicorum honores appellarent. nemo autem patricii familiaritatem consecutus alius in posterum per totam vitam praesidio indigebat, turpe reputantibus illis et fortunae suae iacturam, si quis forte amicorum eorum ad alterius opem confugisset. cuius rei obscurum vestigium ad nostrum aevum apud Romanos servatum est. nam circa Ostiam, quae est urbs ostiis Tiberis adiacens, primores Romani familiarissimos suos mittebant, veluti egregiam praedam, e portu solventes hospites aliis praerepturos ipsisque adducturos; quo omnis generis abundantia praeberetur, apertis cuilibet vestibuli ianuis maioreque aedium parte, nullo custode aut ianitore introire cupientes impediante: ipsi patricii cum uxoribus liberisque hospitibus obvii, quos nunquam vidissent, salutabant. transiit vero et ad

καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἔσθη, τῶν ἐν ἡμῶν ἐνδόξων ἄχρις αὐτῶν τὴν ὑπεροχὴν τῆς τύχης ἐνδεικνυμένων.

21. Καὶ πρὸ Ῥωμύλου δὲ ἂν τις εὔροι Σιλβίους τοὺς βασιλέας τῆς χώρας ἐπονομαζομένους ἀπὸ Σιλβίου Αἰνείου τοῦ ἀπὸ
 5 Αἰνείου τοῦ πρώτου. ἐν γὰρ ταῖς ὕλαις τὰς οἰκίσεις ἔχοντες οἱ πρῶτον, καὶ τὸν νομαδικὸν τιμῶντες βίον, Σιλβίους σφᾶς σεμννόμενοι προσηγόρευον, μηδὲ αὐτῶν βασιλείων ἀπαξιούτων νέμειν ἀγέλας καὶ χρήματα συλλέγειν ἀπ' αὐτῶν· ὄφειν καὶ πεκουνίαν κατ' αὐτοὺς τὰ χρήματα καλοῦσι. ταύτη καὶ κύνας παρέπεσθαι
 10 Εὐάνδρῳ ποτὲ τῷ Τεγεάτῃ ἢ πυλαιότῃ οἶδε. καὶ οὐ μόνον ἀνδράσι τὸ Σιλβίων ἐπώνυμον ἀλλὰ καὶ γυναιξίν ἐπετίθετο, ὡς Ῥέα Σιλβία καὶ Ἴλια Σιλβία. μετὰ δὲ τὴν τῆς Ῥώμης γένεσιν καὶ τὴν ἀρπαγὴν τῶν Σαβίνων πρῶτος ὁ βασιλεὺς Νουμᾶς διώνυμος ἐχημάτισε, Πομπίλιος Νουμᾶς προσαγορευόμενος, ὧν τὸ μὲν Ῥω-
 15 μαίων τὸ δὲ Σαβίνων ἐπώνυμον ἦν· οὐδὲ γὰρ πρὸ αὐτοῦ εὔροι τις Ῥωμύλου ἢ τινα ὄλως πρὸ τῆς Σαβίνων πρὸς Ῥωμαίους συναφείας, παρὰ τὴν οὖσαν αὐτῷ κυρίαν, προσηγορίαν κτησάμενον. (22) καὶ τότε μὲν σπουδὴ καὶ κόσμος ἦν ἐκείνοις τῇ ἕξ
 20 ἐπωνυμίας εἰσήγαγε καινάς, νῦν μὲν ἀπὸ Τρωϊκῆς εὐγενείας, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων καὶ αὐτοχθόνων τῆς χώρας (καὶ γὰρ ἴσμεν Κέθηγον ἕξ ἐκείνων τῶν γηγενῶν ἔλκειν τὸ γένος

1 ἔσθη C. 8 ἀπ' vulgo om. πεκουνίαι vulgo. 20 κύνας C.
 22 καὶ θηγῶν C.

nostram Romam ea humanitas; at non duravit postea, claris inter nos hominibus fortunae culmen haud ultra sese ostendentibus.

21. Iam ante Romulum reperias Silvios eius regionis reges appellatos a Silvio Aenea, genus a primo Aenea ducente. quippe in silvis habitantes prisci homines, ac nomadum vitam colentes, Silvios se gloriantes dicebant, ne ipsis regibus quidem pascere greges et rem colligere dedignantibus; unde etiam pecuniae eorum sermone facultates dicuntur. hinc et canes Evandrum Tegeaeum olim comitatos esse veteres narrat. neque viris tantum Silviorum cognomen, sed mulieribus quoque dabatur, veluti Rhea Silvia et Ilia Silvia. post conditam autem Romam et raptas Sabinas primus rex Numa duobus nominibus usus est, Pompilius Numa appellatus; quorum illud Romanorum, hoc Sabinorum cognomen erat. neque enim ante illum reperias Romulum, neque omnino quenquam ante Sabinorum cum Romanis coniunctionem praeter proprium eius nomen aliud accepisse. (22) ac tum quidem studium ornamentumque illis erat nomine ab utraque stirpe gloriari. succedens autem aetas nova cognomina introduxit, nunc a Troiana nobilitate, nunc ab Aboriginibus, quos vocant, autochthonibusque regionis (etenim scimus Cethegum, a terrigenis illis genus iactantem, nudum veste, toga tantum

ἀξιοῦντι γυμνὸν ἐσθῆτος, μόνης αὐτῷ τόγης τραχείας περὶ τοῖς στέροισι κειμένης, ἐπ' ἀγορᾶς γενόμενον, καίτοι βουλευτικοῖς ἐγκωμιόμενον γνωρίσμασιν), εἶτα δὲ καὶ ἀπὸ τρόπου ἢ διαθέσεως, ὡς Πούβλιος Βαλέριος Πουπλικόλας, ὧν αἱ μὲν δύο ἐπωνυμίαι τὴν ἐκ Ῥωμαίων, ὡς ἔφην, καὶ Σαβίνιον παρεδήλουν λαμπρό-5 τητα, ἢ δὲ τρίτη τὴν ἐκ τῆς περὶ τὸν δῆμον στοργῆς ἐδείκνυε διάθεσιν. καὶ τάχα χρεῖωδες ἀντὶ πολλῶν μετρίων ἐπιμνησθῆναι τοιοντωδῶν περιτωμάτων· οὐδὲ γὰρ σχολὴν ἔγωγε περὶ ταύτην ἀπραγῆσαι τὴν ζήτησιν, ἱκανὴν οὖσαν καθ' ἑαυτὴν καὶ μόνην μεγίστας ἀπασχολῆσαι βίβλους.

10

23. Πρόκουλον τοιγαροῦν τὸν ἀποδημοῦντι τεχθέντα τῷ πατρὶ καὶ Πόστομον τελευτήσαντι, καὶ Βόπισκον τὸν δίδυμον μὲν συλληφθέντα τοῦ δὲ ἐτέρου φθαρέντος σωζόμενον, καὶ Καί-15 σαρα τὸν ἀνατιμειθείσης τῆς μητρὸς γαστρὸς θανούσης ἀποσωθέντα ἐκάλουν, καὶ Φλάκκον τὸν ὄτ' ἀ μείζονα ἔχοντα, καὶ Ναί-15 βιον τὸν ἀλφώδη, καὶ Λούκιον Λικίνιον Κράσσον, ὧν τὸ μὲν πρῶτον τὸν ἀνίσχοντος ἡλίου τεχθέντα, τὸ δὲ δεῦτερον τὸν ἀκρόουλον τὴν κόμην, τὸ δὲ τρίτον τὸν κριώδη καὶ εὐσώματον διασημαίνει· κράσσος γὰρ ὁ παχὺς τὸ σῶμα κατὰ φύσιν παρ' Ἰταλοῖς τοῖς ἀρχαιοτέροις εἴρηται. Πειναγῆϊος δὲ ὁ πειῶν, καὶ 20 Στάτης ὁ εὐῆλιξ, καὶ Φαῦστος καὶ Φλάβιος ὁ εὐνοος, καὶ Γάϊος (οἰονεὶ γαύδιος) ὁ χαρίεις, καὶ Τιβέριος ὁ παρὰ Τίβεριν τὸν ποταμὸν τεχθεὶς, καὶ Τίτος ὁ ἀπὸ Τατίου τοῦ Σαβίνου, καὶ Ἀππιος ὁ ἐν Ἀππία οἰκῶν (ὁδὸς δὲ ἐστὶν ἐπίσημος), καὶ Σέρβιος

1 τὸ γῆς C.

17 τὸν ante ἀνίσχ. vulgo om.

20 lego

πινάριος δὲ ὁ πεινῶν. F.

aspera pectus tegente, in forum venisse, quamvis senatoriis ornamentis insignem), deinde vero a moribus etiam aut indole, veluti Publius Valerius Publicola; quorum nomen duo a Romanis, ut dixi, Sabinisque generis claritudinem, tertium affectionem ab amore in populum ostendebat. ac necesse, opinor, erit e multa hac farragine pauca quaedam commemorare. neque enim otium ago, tali investigatione quod perdam, quae per se solam maximis voluminibus implendis sufficiat.

23. Proculum igitur peregre profecto et Postumum mortuo patri natum vocabant, et Vopiscum, qui, geminus susceptus, extincto altero, et Caesarem, qui incisa mortuae matris alvo servatus, et Flaccum, cui maiores aures, et Naevium, cui maculae genitivae. nomen Lucii Licinii Crassi primum oriente sole natum, secundum coma crispum, tertium carnosum et corpulentum sonat: crassus enim ab antiquioribus Italis dictus est, qui natura corpore obeso. Pinarius sonat esurientem, States aetate vigentem, Faustus et Flavius benevolum, Caius (id est gaudium) iucundum, Tiberius ad Tiberim flumen natum, Titus a Tatio Sabino ortum, Appius in Appia (quae est via insignis) habitantem, Ser-

ὁ Θανοῦσης αὐτῷ τῆς μητρὸς ἐγκύμονος διασώθεις, καὶ Νέριον ὁ ἰσχυρὸς τῆ Σαβίνων φωνῇ, καὶ Νάσιον ὁ εὖριος, καὶ Τούκκιος ὁ κρεωβόρος, ὃν οἱ ἰδιῶται ζικκὰν ἐκάλεσαν καθ' ἡμᾶς, καὶ Βάρος καὶ Βλαισὸς ὁ πλαγιόσκελος, καὶ Σερρανὸς ὁ γεωργικὸς ἀπὸ τοῦ σπείρειν, καὶ Αὐγουστος ὁ καλοιώνιστος, καὶ Βιτέλλιος ὁ κροκοειδῆς τὴν ὄψιν, ὅτι βιτέλλον οἱ Ῥωμαῖοι τὴν λέκνυτον τοῦ ὄψου ἐπικαλοῦσι, καὶ Βάρων ὁ κατὰ μὲν Φοίνικας Ἰουδαῖος κατὰ δὲ Κέλτας ἀνδρεῖος. καὶ πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα συνάγοι κατὰ σχολήν, εἰ τυχὸν αὐτόν, οὐκ ἔχοντα ὅ τι πράττοι, ἀφρόντιδα 50 συμβαίνοι διαβιοῦν, καὶ τοιούτοις ὁποίοις ἐγώ, καίπερ μυρῖαις συμπεπλεγμένους φροντίσιν, ἐναγρυνῶ μωραίων ἀθύρμασιν.

24. Τὸ πιστὸν τοῖς γράφουσιν ἢ τῶν ἀρχαίων ἐπιτίθησι μαρτυρία. Ἰούνιος τοίνυν Γρακχιανός, ἐν τῷ περὶ ἐξουσιῶν, αὐτοῖς ῥήμασι περὶ τοῦ καλουμένου παρὰ Ῥωμαίοις κραιστώρος 15^α προεχειρίζοντο ψήφῳ τοῦ δήμου. Τοῦλος δὲ ὁ ῥήξ μετὰ τούτους ἀναγκαίαν εἶναι τὴν τῶν κραιστώρων ἀρχὴν ἔκριεν, ὡς τοὺς πλείους τῶν ἱστορικῶν αὐτῷ τὴν τοιαύτην προαγωγὴν ἀναγράψαι καὶ μόνῳ. ἀπὸ δὲ τῆς ζητήσεως οὕτως ὀνομασθῆναι αὐτοὺς Ἰούνιος καὶ Τρεβάτιος καὶ Φερεστέλα εἶπον.” καὶ μεθ' 20 ἕτερα “πλὴν ὕστερον ἐξηρέθησαν οἱ κανδιδάτοι τοῦ βουσιλέως κραιστώρες, οἱ πρὸς ἀνάγνωσιν τῶν βασιλικῶν γραμμῶν καὶ μόνῃ ἐσχόλαζον· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ψήφους ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς

4 βλῆσος C.

30, 46.

an ἀπὸ τοῦ σέρρε οἰονεὶ σπείρειν? cf. c. 25,

6 βιτέλλιον C.

10 καὶ] κᾶν?

15 προεχω-

ρήσαντο vulgo.

18 ἀπὸ — εἶπον] patet et haec, et quae sequuntur post καὶ μεθ' ἕτερα, Gracchano falso tribui, priora quidem, quia Iunius idem qui Gracchanus, posteriora autem, quia Gracchani aevo necdum erant quaestores candidati. F.

vius mortuae matris ex utero servatum, Nero Sabinorum lingua fortem, Naso nasonem, Tucca carnivorum (quem nunc Ziccam idiotae appellant), Varus et Blaesus, cui crura obliqua, Serranus agricolam a serendo, Augustus boni ominis et Vitellius crocea facie hominem, quia vitellum Romani flavum ovi vocant, Varro Phoenicia lingua Iudaeum, Celtica strenuum. talia multa colligere per otium possit, cui forte, quod agat non habenti, sine cura vivere contingat, atque eiusmodi quibus stolidus ego, quamvis innumeris implicitus curis, oblectamentis vigilare.

24. Fidem scriptoribus addunt veterum testimonia. Iunius igitur Gracchanus, in libro de Potestatibus, his ipsis verbis de quaestore Romanorum. “creabantur populi suffragio. Tullus vero rex deinceps, ut necessarius esset quaestorum magistratus, decrevit; unde plerique historici eorum electionem illi solique tribuerunt. a quaerendo autem eos ita dictos esse Iunius, Trebatius et Fenestella dixerunt.” et post alia “verum postea excepti sunt candidati principis quaestores, qui solis principalibus libris legendis vacabant. iidem autem et sententias uni-

βουλῆς ἀνεγίνωσκον ὑπὲρ τῶν εἰς ἀξιώματα προαγομένων.” ταῦτα μὲν ὁ Ἰούνιος, ὁ νομικὸς δὲ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ de officio quaestoris (ἀντὶ τοῦ περὶ κvaisίτωρος) ἀποχρώντως διαλέγεται.

25. Ζητῆσαι δὲ ἀξιόλογον εἶναι νομίζω, τί μὲν ἐστι κvaisίτωρ, τί δὲ κvaisίτωρ, καὶ τί μὲν σημαίνει διὰ τῆς διφθόγγου 5 γραφόμενον, τί δὲ ψιλῆς. κvaisίτωρ τοίνυν ὁ ζητητής, ἀπὸ τοῦ quaerere οἷον ἔρευνᾶν· οἱ γὰρ παρ’ Ἑλλήσιν ἔρευνάδες παρὰ Ῥωμαίοις κvaisίτωρες ὠνομάσθησαν. κvaisίτωρ δὲ ὁ τιμωρὸς (τὸ μὲν γὰρ πρῶτόν ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις δισύλλαβον, τὸ δὲ τρισύλλαβον)· ἐπὶ γὰρ τοῦ μόνου Μίνωος τοῦ Κρητός, ὃς γενέσθαι 10 τιμωρὸς κατὰ τὸ μυθικὸν τῶν ἐν Αἴδου ψυχῶν ἐνομίσθη, τὸ κvaisίτωρος ὄνομα ὁ Ῥωμαίων ποιητής ἐν ἔκτῳ τῆς Αἰνήϊδος τέθεικεν. ὅθεν καὶ κvaisιστίωνας τὺς τιμωρίας καὶ κvaisιστιοναρίους τοὺς τῶν ποινῶν ὑπηρετίας Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν καλεῖν. ὁ μὲν γὰρ κvaisίτωρ ζητητής ἐστιν ἐπὶ χρήμασιν, ὁ δὲ κατ’ ἐπέκτασιν καὶ 15 συλλαβῆς προσθήκῃ ἐπ’ ἐγκλήμασιν· ἐκάτερον δὲ διὰ τῆς διφθόγγου γραφήσεται, κᾶν εἰ τὸν ταμίαν διασημαίῃ, ὅτι κvaisίτους ὁ πόρος παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται. ὅτε δὲ μὴ δίφθογγος ἦ ἐν προοιμίῳ ἢ λέξις ἀλλὰ ψιλῆ γράφεται, οὐδέτερον μὲν τῶν εἰρημένων σημαίνει, τὸν δὲ μέμψιμον καὶ βλάσφημον διὰ τῆς γραφῆς ἐπι- 20 δείξει, ὅτι queror μέμφομαι, ῥήματι κοινῷ, πάθος ἅμα καὶ

1 προσαγομένων C. 3 κvaisίτωρος C. sed hiat locus, ita fortasse supplendus: (ἀντὶ τοῦ περὶ τῆς τοῦ κvaisίτωρος τάξεως) περὶ κvaisίτωρος. cf. c. 28. 6 excidit forte διά. F. an ψιλῆ, ut c. extr. ? 10 τοῦ ante Μίνωος aut delendum aut cum καὶ mutandum. 20 an μεμψίμορον ?

versi senatus de iis qui ad honores provehebantur legebant.” haec Iunius. proluxe de quaestore explicat Ulpianus iuriconsultus in libro de Officio quaestoris.

25. Quaerere autem operae pretium existimo, quid quaestor et quid quaesitor, quidque sonet cum diphthongo, quid, cum simplici vocali scribitur. quaestor igitur est qui quaerit, a quaerere, id est ἔρευνᾶν: qui enim apud Graecos ἔρευνάδες, apud Romanos quaestores dicti sunt. quaesitor vero est vindex (scilicet prius apud Romanos dissyllabum, hoc autem trisyllabum est): etenim soli Minoi Cretensi, qui animarum apud inferos vindex secundum fabulam credebatur, vates Romanus, in libro sexto Aeneidos, quaesitoris nomen tribuit. unde etiam quaestiones poenas et quaestionarios poenarum ministros Romani dixerunt. nempe quaestor est qui de facultatibus, quaesitor autem, quod fit extenta voce additaque syllaba, qui de criminibus quaerit. utrumque vero diphthongo scribendum; neque minus quaestor, quoniam quaestus a Romanis reditus vocatur. cum autem non diphthongo prima vocis syllaba, sed simplici vocali scribitur, neutrum illorum quae diximus, sed querulum et calumniatorem vi scripturae significabit, quia queror

ἐνέργειαν παραδηλοῦντι, λέγουσι, καὶ κτεριμονίας καὶ κτερήλας τὰς μέμψεις.

26. Ὅπως δὲ μὴ τυχὸν τεχνολογίαις τάληθές δόξωμεν σοφίεσθαι, πρὸς τῶν περὶ ταῦτα ἡσχολημένων μάθωμεν. Γάϊος 5 τοίνυν ὁ νομικὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παρ' αὐτοῦ ad legem 12 tabularum (οἶον εἰς τὸν νόμον τοῦ δυοκαίδεκαδέλτου) αὐτοῖς ῥήμασι πρὸς ἐρηγείαν ταῦτά φησιν. “ὡς δὲ τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ δήμου εἰς ἐπίδοσιν ἤλθε, προεχειρίσθησαν κναίστωρες ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ φροντίδος, ἀπὸ τῆς περιποιήσεως καὶ φυλακῆς τῶν χρημά- 10 των οὕτως ὀνομασθέντες. ἐπειδὴ δὲ περὶ κεφαλικῆς τιμωρίας οὐκ ἔξην τοῖς ἄρχουσι κατὰ Ῥωμαίων πολίτου ψηφίσασθαι, προεβλήθησαν κναίστωρες παρρικίδιοι” ὡσανεὶ κριταὶ καὶ δικασταὶ τῶν πολίτης ἀνελόντων. παρρικίδας δὲ Ῥωμαῖοι ὁμωνύμως τοὺς τε γονέων τοὺς τε πολιτῶν φονεὺς ἀποκαλοῦσι, παρέντης ἐκατέ- 15 ρους προσαγορεύοντες. διαφορὰν δὲ ἐπὶ τῆς ἐπωνυμίας ταύτην παρέχουσί τινα· συστέλλοντες γὰρ τὴν πρώτην συλλαβὴν καὶ βραχεῖαν ποιοῦντες τοὺς γονεῖς, ἐκτείνοντες δὲ τοὺς ὑπηκόους σημαίνουσι.

27. Τῷ δὲ τρίτῳ καὶ διακοσιοστῷ τῶν ὑπάτων ἐνιαυτῷ, 20 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ῥηγούλου καὶ Ἰοννίου, κρινάντων Ῥωμαίων πολεμεῖν τοῖς συμμαχήσασι Πύρρῳ τῷ Ἠπειρώτῃ, κατεσκευάσθη στόλος καὶ προεβλήθησαν οἱ καλούμενοι κλασσικοὶ (οἰονεὶ ναυῶρ-

7 forsitan et hic Lydus erravit, ac Pomponii verba (Digest. 1 tit. 2 2) Caio tribuit. F. 16 βραχεῖαν ποιοῦντες F, βροχὴν ποροῦντες C. 22 προεβλήθησαν vulgo.

τὸ μέφομαι, verbo communi, affectum simul actionemque declarante, dicunt, nec non querimonias et querelas τὰς μέμψεις.

26. Ne autem forte verborum argutiis veritatis speciem quaerere videamur, ab iis qui in hoc argumento versati sunt discamus. Caius igitur iurisconsultus, in libro quem inscripsit ad legem 12 tabularum, haec ait. “cum autem aerarium populi auctius esse coepisset, ut essent qui ei praeessent, constituti quaestores, dicti ab eo quod conquirendae et conservandae pecuniae causa creati erant. et quia de capite civis Romani non licebat magistratibus ius dicere, propterea constituebantur quaestores parricidii (quasi quaesitores iudicesque eorum qui cives occidissent).” parricidas autem Romani et parentem et civium interfectores iuxta vocant, parentes utrosque appellantes. discrimen autem nominis afferunt hoc: nempe primam syllabam cum corripiunt, parentes, cum producant, cives indicant.

27. Tertio autem et ducentesimo a consulatu anno, Regulo et Iunio consulibus, cum Romani iis qui Pyrrhi Epirotae socii fuerant bellum inferre statuisent, aedificata classis, et additi sunt qui vocantur classici (id est navarchi), numero duodecim quaestores, distributores

χα) τῷ ἀριθμῷ δυοκαίδεκα κvaisτωρες, ὅν ταμίαι καὶ συναγωγεῖς χρημάτων· τίνι δὲ διαφέρει κvaisτωρ κvaisίτωρος, προειρήκαμεν. καὶ διεφυλάχθη ἡ τοιαύτη συνήθεια καὶ συναγωγή τῶν πόρων τοῖς τε ὑπάτοις τοῖς τε πραίτωρσιν ἐκδημοῦσιν.

28. Περὶ δὲ τῶν τοῦ παλατίου κvaisιτώρων πυθέσθαι χα-5
λεπὸν οὐδὲν Οὐλπιανοῦ τοῦ νομικοῦ· λέγει δὲ ὧδε ἐν μονοβίβλω
περὶ τῆς τοῦ κvaisιτωρος τάξεως. “πλὴν ἐξήρηντο οἱ κvaisιτωρες
οἱ κvaisιδάτοι τοῦ Καίσαρος· οὗτοι γὰρ μόνοις τοῖς βιβλίους τοῖς
ἐπὶ τῆς βουλῆς ἀναγινωσκομένοις ἐσχόλαζον, καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς
τῶν βασιλέων ὑπόρουν.” κvaisιδάτους δὲ τοὺς λευχείμενας 10
Ῥωμαίους ἔθος καλεῖν· οὐδεὶς δὲ λόγον ὄντινα ὄν ἀναγινωσόμενος,
καὶ μάλιστα ἐκ προσώπου βασιλέων, μὴ λευχείμων ἐπέβη τῆς
ἀναγνώσεως. κvaisιδάτοι δὲ καὶ οἱ μέλλοντες εἰς ἀρχὰς τῶν ἐπαρ-
χιῶν παριέναι ἐλέγοντο, ὅτι καὶ αὐτοὶ λευχειμονοῦντες προήεσαν,
ταύτη παριδηλοῦντες ὡς ἀρχοντιῶσιν. καὶ τούτων μάρτυς πᾶς 15
ὁ Ῥωμαϊκῆς οὐκ ἄμοιρος ἱστορίας. τὸ γὰρ μηδένα τῶν ἀρχόν-
των ἐτέρα παρὰ τὴν ἐν ἐορταῖς στολῇ χρῆσασθαι πᾶσιν ἐστι γνω-
ριμώτατον· καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς Ῥώμης μόνης ἀλλὰ μὴν καὶ ταῖς
ἐπαρχίαις τοῦτο κρατήσαν αὐτὸς ἐγὼ διαμέμνημαι, ἕως ἂν τὰ
βουλευτήρια διώκουν τὰς πόλεις, ὧν ἀπολομένων συνέξώλισθε 20
τοῖς ἐν γένει τὰ ἐν εἶδει.

29. Τοσοῦτους ἀρχοντας τὰ Ῥωμαίων ἰθῦναι ὑπὸ τοῖς

1 συναγωγῆς C.

7 Ulpianus Digest. 1 tit. 13: *verum excepti erant candidati principis: hi etenim solis libris principalibus in senatu legendis vacant.* F.

8 μόνοι C.

videlicet exactoresque pecuniarum. quaestor et quaesitor quo differant, supra diximus. et servata haec consuetudo ac reditus colligendi ratio tum a consulibus tum a praetoribus, cum in exteris regiones proficiscerentur.

28. De palatii quaestoribus autem licet Ulpianum iurisconsultum audiamus: ait autem sic in libro singulari de Officio quaestoris. “verum excepti erant quaestores candidati principis: hi etenim solis libris in senatu legendis et epistolis imperatorum vacabant.” candidatos autem Romani candidam vestem gerentes vocare solent. nemo autem orationem qualemcunque lecturus, ac praesertim coram imperatore, non cum candida veste ad lectionem accedebat. candidati vero ii quoque dicebantur qui in provinciis magistratus erant gesturi, quia et hi cum candida veste prodibant, hoc se studiosos magistratum esse indicantes. testatur haec quisquis Romanae haud experts historiae: nam e magistratibus neminem, praeterquam solennibus diebus, alia veste usum esse, omnibus notissimum est. neque vero id Romae tantum, sed in provinciis etiam moris fuisse ipse memini, quamdiu quidem a curialibus civitates regebantur: quibus sublatis cum universis singula simul evanuerunt.

29. Tot magistratus rem Romanam sub regibus, per annos ducent-

ῥήξιν ἐπὶ τοὺς τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακοσίους ἐνιαυτοὺς, ἐφ' ὅσους οἱ ῥήγες ἐκράτησαν, ἢ καθόλου ἱστορία παραδέδωκεν. καὶ τὸ λοιπὸν ὡσπερ ἐν σκότῳ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἐξέλαμψεν ὄνομα.

5 30. Ὑπάτους Ἕλληνας τοὺς ὑψηλοὺς καὶ μεγάλους λέγουσιν, οὐ στοχασάμενοι τῆς ἀληθοῦς τοῦ ὀνόματος προσηγορίας. τὸ γὰρ κόνσουλ, ὡς Ἴταλοῖς ἢ φύσις παραδέδωκεν, οὐ τὸν ὑψηλὸν ἀλλὰ τὸν πρότανιν σημαίνει. Κόνσος γὰρ αὐτοῖς ὁ Ποσειδῶν ἐρομίσθη· κρῦφιός δὲ αὐτὸς καὶ ὑποβρόχιος; καὶ ὡς τοῖς ποιη-
10 ταῖς ἤρρεσεν, ἐνοσιγάιος καὶ ἐνοσιγθῶν· ἴτι δὲ κρῦφιον τοῦτο λεληθῶς. ταύτῃ καὶ κοινῶν τὰ βουλευμάτα καὶ μυστικὰ σκέμματα λέγεται παρ' ἐκείνοις, ἀπὸ τοῦ κόνδερε οἰονεῖ τοῦ κρύπτειν, καὶ κόνσουλ ὁ κρυψίνους, ἀπὸ τοῦ προνοεῖν καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν κοινῶν σκεπτόμενον ἀγρονπεῖν. ταύτῃ καὶ κοινουάλια
15 τὰ ἵπποδρόμια καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι· ἵππειον γὰρ ὁ μῦθος τὸν Ποσειδῶνα λέγει. τοιαῦτα μὲν τινα περὶ τῆς Ἰταλικῆς τῶν ὑπάτων προσηγορίας.

31. Ὅτι δὲ τῶν πάντων ἠγνόησεν οὐδεὶς τὰ ὀνόματα τῶν πρώτως ὑπατευσάντων, μέτριά τινα περὶ Βρούτου λεκτέον. Ἰού-
20 νιος μὲν κύριον ὄνομα τάνδρῳ γέγονε, Βρούτον δὲ αὐτὸν κατὰ τὸν τῆς ἐπωνυμίας τρόπον ἔλεγον ἀπὸ τῆς ὑποκεκριμένης αὐτοῦ μωρίας· βροῦτον γὰρ τὸν μωρὸν ἐπεχωρίζον Ἴταλοὶ τὸ πάλαι ἀπὸ τῆς βαρύτητος τῶν φρενῶν. οὗτος, ὡς ἔφη, εὐήθειαν σκη-

8 κόνσον C.
ἀληθῶς?

9 αὐτὸς] οὗτος?
12 κονδόρε C.

10 ἴτι] ἔστι F. an
21 ὑποκεκρυμμένης vulgo.

tos quadraginta tres, quos penes reges imperium fuit, rexisse in universum historia tradidit. ac deinde velut in tenebris libertatis nomen eluxit.

30. Ὑπάτους Graeci excelsos magnosque vocant, neglecta vera nominis significatione. etenim τὸ consul Itolorum, ut res ipsa fert, non excelsum sed prytanem significat. Consum enim illi Neptunum dicebant: occultus vero ille, sub undis latens, atque, ut poetis placuit, terrae quassator . . . eadem ratione consilia ab iis consultationes deliberationesque secretae a condere (id est occultare) dicuntur, et consul tanquam mentem celans, quippe qui prospiciat proque re publica secum cogitans vigilet. hinc etiam consualia antiqui cursus equestres ludicros dicunt: equestrem enim fabula appellat Neptunum. haec de Italo consulum nomine.

31. Quoniam vero primorum consulum nomina nemo ignorat, pauca quaedam de Bruto dicenda. Iunius proprium viri nomen erat, Brutum autem, secundum cognominandi morem, eum a simulata eius stultitia vocabant: Brutum enim Itali olim patrio sermone stultum a torpore mentis appellabant. hic, ut dixi, stultitiam fingens tempus quaerebat Tar-

νερόμενος ἐξήτει καιρὸν τὸν Ταρκύνιον, ἄνδρα τῶν πάποτε τυραννῶν ἀπηνέστατον, ἐξωθῆσαι τῆς ἀρχῆς. ὡς δὲ βραδύνων Ἀθήνησι διὰ τοὺς νόμους σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ πρὸς τοῦτο σταλεῖσιν ὑπὸ Ῥωμαίων ἦται τὸν θεὸν ὁδὸν ὑποδείξει καὶ συλλαβεῖν αὐτῷ πρὸς τοῦτο, ἔχρησεν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ὅτι εἰ τῆς πατρίδος ἐπιβὰς πρὸ πάσης τάξεως τὴν μητέρα περιπτύξεται καὶ λιπαρῶς περιβάλοι, περιέσται τοῦ σκοποῦ. καὶ δὴ ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὴν γῆν περιβαλὼν (αὕτη δὲ μήτηρ τῶν πάντων) ἠλευθέρωσε Ῥωμαίους τυραννίδος, ἀρχὴν ἔξευρὼν παρ' οὐδενὶ τῶν ἐθνῶν γνωρίζομένην, καὶ εἰ παρ' Ἑβραίοις Δανιὴλ ὁ προφητῶν θεῖο-10 τatos ὑπάτων παρὰ Ἀσσυριοῖς γενομένων ποτὲ μνημονεύει. οὐδὲ γὰρ οὗτος αὐτὸς ἐπὶ τῆς Ἑβραϊδος ἀπέθετο φωνῆς, ὡς Ἀρισταῖος λέγει· ἀλλ' οἱ ἐρμηνεύσαντες παρὰ Πτολεμαίῳ τὰ λόγιά ποτε ἀντὶ δυναστῶν καὶ βουλευτῶν ὑπάτους εἶπον, μήπω τότε παρὰ Ῥωμαίοις ἀνισχούσης τῆς ἀρχῆς καὶ παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῷ καινῷ 15 μεγέθει [τῆς ἀρχῆς] θαυμαζομένης. τούτων οὕτως ἐχόντων περὶ τῶν τῆς ὑπατείας συμβόλων ῥητέον.

32. Λευκοὶ φαινόλαι ποδήρεις, καὶ κολοβοὶ μετροῖς παρὰ τοὺς φαινόλας ἀνεσταλμένοι, πλατύσημοι, πορφύρα διάσημος ἐξ ἐκατέρων τῶν ὤμων, τοῖς μὲν φαινόλαις πρόσθεν τοῖς δὲ κολοβοῖς 20 καὶ ἐξόπισθεν, καὶ ὑποδήματα λευκὰ (ἀλούταν δὲ τὸ ἀπὸ στυπτηρίας δέρμα καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι, ὅτι ἄλουμεν κατ' αὐτοὺς ἢ

5 ὅτι vulgo om.

6 pro τάξεως malim πράξεως.

12 οὕτως?

ἐπέθετο vulgo: cf. 3 70.

14 immo μήποτε.

19 διά-

σημα vulgo. 22 ἀλονμον C.

quinium, virum omnium, qui unquam tyranni fuere crudelissimum, regno expellendi. qui cum (Athenis cum iis degens qui legum causa cum eo a Romanis erant missi) deum rogasset ut viam monstraret seque in eo adiuvaret, respondit ei numen, si in patriam ingressus matrem autem omnia amplectatur avideque osculetur, voti compotem futurum. et vero, Romam reversus, terramque (est autem haec omnium mater) osculatus, tyrannide Romanos liberavit, magistratumque repperit nulli populorum cognitum; quamvis apud Hebraeos Daniel, prophetarum sanctissimus, ὑπάτων, qui olim apud Assyrios fuere, mentionem faciat. neque enim hic ipse, ut ait Aristaeus, in Hebraeo sermone ita scripserat: sed qui apud Ptolemaeum sacras literas olim vertere, principes et senatores ὑπάτους dixerunt, necdum tum eminente apud Romanos imperio, neque nova magnitudine omnium admirationem in se convertente. restat ut de insignibus consulatus dicamus.

32. Consulium insignia toga alba talaris, et colobus, paenula aliquanto restrictior, laticlavus, purpura ex utroque humero insignes, et paenula quidem in adversa, colobus autem in aversa etiam parte; calceamenta alba (alutam autem alumine subactum corium appellant Romani,

στυπτηρία λέγεται), καὶ ἐκμαγεῖον ἐπὶ τῆς δεξιᾶς ἀπὸ λίνου λευκόν, τὰ ἐπίσημα τῶν ὑπάτων ἦν (μάππαν καὶ φακιόλην ἐπιχωρίως ὠνόμασαν, ὅτι φακίης κατ' αὐτοὺς ἢ ὄψις λέγεται), καὶ πέλεκεις ἡγούμενοι, εἰς ὕψος ἀρθέντες, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν ῥάβδους ἐπι-
ubi editor mire *Antiochis vixit annos quadraginta septem, menses quattuor*, annon certissima est interpretatio, *A. vixit annum, menses 7, dies 4?* eademque opera explicemus inscriptionem Metensem, quam ipsi Montefalconio, totius antiquitatis viro observantissimo, negotium video exhibuisse *Supplément à l'Antiquité expliquée*, 5 99 D. ea est huiusmodi, Pl. 39 4:

Θ. K.

H. P. Ω.

ET. MI. MI.

MHTHP

XAIPE

eamque Montef. *nonnisi divinando legi posse* ait, quod a primis tantum literis nomina efferat. at apud Gruterum, qui a Boissardo acceperat, legitur 730 6 HPΩ, sine interpunctione, et post lin. 3 additur alterum MI., quo plana fiunt omnia: nam quis est qui non videat esse sensum, *θεοῖς καταχθονίοις. Ἡρώ ἐτῶν μγ', μηνῶν γ', ἡμερῶν ιγ'.* D. M. Hero, quae vita excessit *annorum 43, mensium 3, dierum 13?* Herusque nomen quam fuerit usitatum, cum ex Leandri fabula tum ex Plutarcho patet Vit. Alex. 696 D. ipsam autem inscriptionem (ut hoc obiter notem), ut Graecam in regionibus nostris satis insignem, neque ipse, cum peregrinans triduum Metis constitissem, investigare potui, et iam ante a. 1760 incuria casuve arbitror intercidissem: certe Iosephus Cajot, cuius *Antiquités de Metz* illo anno Metis in-8^o prodierunt, eius non meminit. similique modo, literas disiectas in unam vocem coniungendo, restitue titulum quem vidi Lausonnae, consecratum L. Sept. Severo et M. Aur. Antonino, relatumque iam a I. Iac. Scheuchzero, *Ὀὐρσειποτήη* Helvetico (Lugdun. Batav. 1723, in-4^o) 3 499 B. illa enim, v. 5 et deinceps,

IMP. CAES. M. AV. I.

ANTONINO . PO AI.

COS.

AV. N. . CE.

sic refingas:

IMP. CAES. M. AV[R]E[L.

ANTONINO P[I]O [F.] AV[G].

COS.

AV[E]N[TI]CE[NSes]

referque ad a. Chr. 202, quo solo Severus Augustus III et Antoninus Caracalla eius filius simul consules processerunt. AVENTICENSes autem, splendidissimae per Helvetios florentissimaeque coloniae incolae, cum alibi in titulis tum apud ipsum Scheuchzerum memorantur 3 501 C et 502 A C. sed ad Lydum, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur.

p. 117 v. 2. *παρὰ τὸ διαιρετικόν*] restitui et verti has spinas ut potui, in illo usus Proclo, ex quo universo, opinor, Lydus

congessit, in altero latinitate Aemilii Porti, Procli theologiam Platonicam (non male plerumque) interpretati ex Graeco. voculam παρά non ausus sum mutare: supra quoque Lydus παρά adhibet miro sensu p. 275 10, 276 6.

p. 117 v. 4. καὶ λαμβάνειν — βιαίως] ex Proclo Theolog. Platon. 258 C paene ad verbum. confer quae auctor ait supra de Saturno p. 300 11.

ib. v. 12. ἀπέχοντες κράμβης] vetus proverbium, *crambe bis posita mors*; neque religione carebat haec herba: adi Erasmi. Adag. 2 197 B. pupillam quoque et visum credebatur hebetare.

ib. v. 18. vox ἀγαλμοειδής adhuc, opinor, e lexicis exulat; nec scio an Euryti Lacedaemonii lyrici mentio aliunde extet. Eurytum Crotoniatem, Philolai discipulum, Pythagoreum memorat Iamblichus Vita Pythagor. 117 A et 125 B ed. Kuster.

ib. v. 20. καὶ λάθρα τῶ Πόρρω] supplevi ex epitome libri de mensib. p. 48 21. sed ibi pro Πόρρω legendum Πόρρω, et in argumento latino *Porrhō* similiter mutandum.

p. 118 v. 2. Ἀγῶάλια] sic exaratum, vitio aut librarioli aut ipsius Lydi. idem Agonalia ac Septimontia ad 4 Non. Dec. videtur collocare, sed vereor ne perperam. vulgo certe utraque referuntur ad 3 Id. eiusdem mensis, gravissimo consensu calendariorum veterum, vel (marmorea dico) Praenestini, Amiternini, Antiatini, Maffaeiorum.

ib. v. 7. ὄρος Παλατῖνον] universe moneo, aut oblivione ipsius Lydi aut ruditate atque incogitantia librarii, quatuordecim illa montium nomina admodum esse corrupta. de Coelio monte vide I. Chr. Henricum Krause ad Velleium Paterc. 553 C.

IN LIBRUM DE OSTENTIS.

p. 273. ΠΕΡΙ ΔΙΟΣΗΜΕΙΩΝ] de scribendi varietate modo feminino genere αἱ διοσημεῖαι sive διοσημίαι, modo neutro τὰ διοσημεῖα, ut infra p. 329 17, 331 12, egerunt Rittershusius ad Iamblich. de vita Pythagor. 30 C ed. Kuster. et vir summus literaturae Graecae per Gallias princeps, Io. Fr. Boissonade, cum ad Eunapii Vitas sophistar. 493 A, tum ad Marinum 141 et 149. διοσημεῖα quoque titulus est adhuc exstantis Aratei poematis. sed enim quoniam Lydus ipse habet διοσημεῖαι p. 279 6, τῶν διοσημεῖων p. 277 10, 283 20, 341 21, ταῖς διοσημεῖαις p. 281 21, 283 15, διοσημείας p. 280 1, hic quoque non διοσημεῖων,

sed feminino genere visum est scribere *διοσημειῶν*. *διοσημείας* est apud Eusebium Praeparat. evang. 207 C. alia forma, lexicis nostris incognita itemque feminina, *διοσημασία*, adhibetur infra p. 343 13.

p. 273 v. 1. *τουτὶ πράττειν*] nisi dicas, *του* esse genitivum vocis praecedentis, adiuncto *τι*, pronomine indefinito. retuli ad ea quae sunt p. 338 17 *τὸ ἐπάγγελμα τουτὶ προύθηεν*. videntur autem deesse hic pauca ab initio operis, velut tres quatuorve versus.

p. 274 v. 11 *ima*. *superemus*] vel, si mavis, *superarit*, nempe cognitio.

ib. v. 21. *καὶ Ἀσπλατίων*] sic codex: sed vide Harles. Bibl. graec. 4 163 B.

ib. *Δαψὸς ὁ Θηβαῖος* *] locum lacunae signis notavimus, quod videtur deesse nomen proprium quinque aut sex literarum. de Polle, qui deinceps sequitur, eiusque scriptis, agit Eudocia Villosonii 364 B.

p. 275 v. 5. *σαφῆ*] desunt quattuor circiter vocabula, quae supplere non audeo. interpretatus sum perinde ac si excidisset, *χρησόμεθα δὲ καὶ τοῖς*.

ib. v. 10. *παρὰ τὸ κρατοῦν*] verti, *iuxta* morem: vide p. 276 6 *παρὰ τὸν ἱερατικὸν .. νόμον*. et 117 2. tamen apud Lydum de magistr. p. 256 8 *παρὰ τὴν βασιλέως εὐμένειαν* est, *contra* imperatoris benevolentiam, ut recte reddidit vir cl. Dominicus Fuss, linguae utriusque peritissimus: et infra p. 333 8 *παρὰ τὸ κρατοῦν* videtur esse *praeter* imperium.

ib. v. 11. *Τάρχων (ταύτη)*] codex *ταυτησ*, sed extrema litera manu prima expuncta.

p. 276 v. 22. *Βικελλίον*] in cod. est *βεκελλιον*. sed vide infra ad p. 350 18.

ib. v. 23. *ταῦτα πρὸς ὑμᾶς διελθεῖν*.] unde patet inscripsisse alicui Lydum hunc libellum. cui, non habeo dicere: putes, ob numerum pluralem, pari fratrum aut coniugum. quorum alter fortasse fuit Gabriel praefectus ille, de quo Suidas 2 131 D.

p. 277 v. 1. *δ'. Σπουδὴ δὲ ἡμῖν*] lacunarum cum huius capituli tum sequentium partim coniectura supplevi, partim ex Plinio, Apuleio, Seneca. eorundemque verba, quoad eius fieri potuit, vertendo expressi.

ib. v. 15. *ἀντιδίσκωσιν*] ditari possunt hac voce lexica, itemque adiectivo eidem praepositioni iuncto, *ἀντιθετικός*, ex Suida 1 219 B voce *Ἀντεγκλήμασιν*: ubi legit Kusterus, *καὶ ἀντεγκλημάτων, τῶν ἀνθετικῶν [sic] στάσεων*, idque vertit, *crimen quae litigantes sibi in iudicio invicem obiiciunt*, non memor *στάσεις ἀντιθετικός* esse quod rhetores Latini vocent *status qualitatis assumptivos*, opponantque *statui absoluto (ἀντιλήψει)*. isto nempe rem tibi obiectam iustam aequamque contendis esse:

slatu assumptivo rem crimini datam fatere esse malam, sed purgas te alia ratione, quae potest esse quadruplex. prima est (de tribus aliis alibi dicendi erit locus) per *recriminationem*, ubi defensio tua constat eius accusatione qui vindicatur. quemadmodum M. Tullius pro Milone neque negat occisum esse Clodium, neque omnino excusat homicidium, sed propter scelera Clodii et insidias et vim illatam hunc ait iure caesum. quamobrem vertere debuisset Kusterus: *Ἀντεγκλημάτων (recriminationum), quae pertinent ad status qualitatis assumptivos*; idque addere possis Io. Christ. Ernesti Lexico technolog. Graec. rhetor. 27 B. nec magis vidit Federicus Morellus quid esset *ἀντίληψις*: haec enim in Libanio Declam. de avaro patr. abdicant. 1 801 A, *ἡ στάσις ἢ ζήτημα ἀντίληψις, status vel quaestio est qualitatis absolutae*, vertit ridicule, *quaestio est reprehensionis ansa*, oblitus Hermogenis accurate explicantis doctrinam de statibus oratoriis, quae magno momento est ad iudicalem veterum consuetudinem penitus cognoscendam. sed redeo ad Lydum, qui hic expressit Plinium H. N. 2 31.

p. 278 v. 1. *τῶν ὑπάτων ἄντικρυς*] ita cod.: sed leg. fortasse, *Γναίου Δομιτίου καὶ Γ. Φαντίου τῶν ὑπάτων*· δι' ὧν ἀντικρυς· ita certe verti. conf. Plin. H. N. 2 31, et Iulium Obseq. 100 A.

p. 279 v. 4. *τὴν λεγομένην*] fortasse, *τὴν λεγομένην Ἑλένην*.

ib. v. 11. *καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦς*] Graecae linguae ratio aequae admittit *ὑπ' αὐτοῖς*: recepi illud, ob sequens *ἔσομένοις*.

ib. v. 14. *ἐν Ἀλβῇ τὴν μητριάν ...*] reliqua versus maioremque partem sequentis supersedi restituere, quamvis adiutus his, litera unciali minuta in margine, prima manu, scriptis: *Ἀσκάμιος τῇ μητριᾷ συνῆλθεν εἰς κοινωνίαν*.

ib. v. 22. *δισκωθείς*.] sic codex; neque necesse est (opinor) ut scribamus *δισκοειδής*, tametsi verbum *δισκόω* adhuc exulet a lexicis. *δισκέω* et *δισκεύω* saepius occurrunt, atque interdum sensu exquisitiore de iis qui rotati (*σφενδονούμεναι* habet Lydus p. 114 15) in altum iactantur. sic Eusebius Hist. eccles. 181 D: *καὶ δισκευθέντα κακῶς τελευτῆσαι*. Diogenes Laërtius 31 D: *ἀπὸ τοῦ Κωρυκείου ὄρους αὐτὸν δισκῆσαι*. adde Eusebium Praeparat. evang. 268 C. sed hae duae formae iam pridem receptae sunt in lexica: eo nondum relatas arbitror et *ἀντιδίσκωσις*, quod est supra p. 277 15, et vocem *δισκοποτήριον, calix patulus*, quae occurrit Vita S. Nili iunioris 140 A.

p. 280 v. 6. *καθάψαιτο ἐκείνου τοῦ σώματος*] confer Valerium Maxim. 1 43 B editionis meae, itemque Lycosthenem ad Iul. Obsequent. 267 C.

p. 281 v. 9. *Ἀναξαγόρας*] Plutarch. Lysandr. 439 D.

p. 281 v. 18. ἔκλειψιν] illa de Hipparcho vel a librario vel ab ipso auctore haud scio quam bene hic sunt interposita.

ib. v. 20. ἐν Βοκοντίῳ] erant Vocontii in Gallia Narbonensi, ubi nunc est *Vaison*. Plin. H. N. 3 4. Gossellin *Géographie de Strabon, traduite en français*, tom. 2 25, note 3.

p. 282 v. 14. τὰ τῶν μυῶν ἤπατα] idem de medulla humana refert Iulius Firmicus 84 C ed. Hervag. a. 1551.

p. 283 v. 1. ἐπίθολος adhuc non invenitur in lexicis: adverbium ἐπιθόλως est apud Georgium archiepiscopum Alexandrinum Vita S. Ioannis Chrysostomi 200 39.

ib. v. 4. indictio nona incidit in annum salutis, aut *trabeationis*, ut cum diplomatibus loquar, 531; seditio Nica in a. 532. Chronicon paschale 336 B, Procopius Bell. Pers. 1 70 A, Theophanes 154 C.

ib. v. 5. τῷ ἔμφει φέρων] similis narratio apud Libanium ed. Reisk. 3 338 C. in cuius fine orator de restauratore civitatis ait haec Nicomedensibus, loco (ut opinor) parum intellecto: μεγέθει θυσίας ὑπερβαλλόμενος κρείττον ὑμῶν νευσάντων, ἐπηνώρθον τὸ ἄστυ. Federicus Morellus reddidit 2 203 B: *victimae magnitudine exsuperans, cum vos ad melius propensi essetis, oppidum in integrum restituit*. sed versionem eam vereor ut possimus probare. malim, μεγέθ. θυσ. ὑπερβαλλόμενος Κροῖσον, ὑμῶν νευσάντων, et quae sequuntur; ut sit sensus: *magnitudine sacrificii Croesum superans, vobis inclinatis* (hoc est, quasi ruinam minantibus) *restituit urbem*. tangit orator narrationem de ingentibus hostiis Apollini Delphico a Croeso iugulatis, de quibus Herodotus 19 A.

p. 284 v. 2. ἐπὶ τῆς ἐνάτης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος] apud Plinium 2 12: *Olympiadis* 48 anno quarto.

ib. v. 5. ὑπὸ Σουλπικίου Γάλλου] locus est apud Livium 44 37. confer quoque Quintilianum de inst. or. 1 10 *sub finem*.

p. 285 not. v. 10 ima. δοκίδες] sumsi vocabulum ex Apuleio de mundo 711 lin. 7, 728 lin. 2. inveniturque hac significatione non quidem in lexicis, sed tamen apud complures tum patres tum mathematicos. ita Origenes contra Celsum 45 B: κομηται ἢ δοκίδες. δοκίδες S. Basilius Magnus homilia 25 de humana Christi generatione 1 592 D. παρήλια καὶ δοκίδες Artemidorus Onirocriticis 123 B, 130 B. τῶν καλουμένων παρά τισι κομητῶν ἢ δοκίδων Eusebius Demonstrat. evang. 420 A. δοκίδας ἢ σάλπιγγας Proclus Paraphrasi in Ptolemaeum 131 B. de trabibus vide notas edit. nostrae Prodigior. Iulii Obsequentis 3 179 B.

ib. not. v. 4 ima. ὅτε Ἀγγούστος] vide item notas ad Iul. Obsequent. 3 295 B.

ib. v. 5. Καμπέστριος] verti item *Campestris*: verum ex analogia scribendum fuisset potius *Campester*. neque in epitome

de mensibus neque in libro de magistratibus memoratur hic auctor; neque nomen proprium Campester sive Campestrius in marmoribus Latinis adhuc notis legere memini. nam occurrit quidem CAMPESTRIB. EX VOTO C. SANCTINIVS in lapide prope Heilbronniam in Suevia eruto, de quo vide Iacob. Spon Miscellan. erudit. antiquitat. 107 B, Eckhart de rebus Franciae orientalis 1 9 B, unde habere se ait Muratori p. cvii 3, Martin *La religion des Gaulois* 2 180 B, et Io. Ge. Keysler Antiquit. septentrionalibus (Hannoverae 1720, 8) 420 A. porro in ara item in terra Suevia reperta CAMPESTRIBVS SACRVM P. QVINTIVS L. F. Gruter. Corp. inscript. mxv 2, Keysler Ant. sept. 420 B, Io. Breval (qui vidit Stutgardii) *Remarks of several parts of Europe* 2 85 B, et Martin *Rel. des Gaulois* 2 180 A. item SVLEVIS ET CAMPESTRIBVS in marmore Romano, Spon Miscellan. erudit. antiq. 107 C. sed in his omnibus *Campesters* videntur deae, aut campis, hoc est agris, ut volunt interpretes, aut fortasse exercitiis campestribus, hoc est militariibus, praepositae.

p. 285 v. 8. de cometis lege quoque nostrum, lib. de mensibus p. 49 21. et S. Basilium Magnum de humana Christi generatione 1 592 D.

p. 287 v. 11. Ἰστέον δὲ ὡς Λιβύην] ea non ex Campestrio huc translata sed ab ipso Lydo interposita arbitror, usque ad verba, ἀπ' αὐτῆς διακεχωρισμένοι, v. 18.

p. 289 v. 8. τοῖς ἐνεῖσε δυνατοῖς] quales erant quibus restitit Firmicus Maternus, causas agens iudiciales (*caninae contentioni: iurgiosa certamina*), antequam ad astrologiam se conferret. *semper enim*, inquit 83 C, *factiosis hominibus erecta constantia resistere confidebam*. sic enim ibi legendum, non *confidebant*, quod habent vulgatae.

p. 290 v. 15. Κομήτης.] nempe qui κατ' ἑξοχὴν cometes vocatur, ut patet ex proxime sequentibus.

p. 291 v. 7 ima. *sublunarium*] detur venia verbo insolenti, et apud locupletes quidem auctores haud obvio.

p. 292 v. 9. περὶ τῶν οὐρανίων διαλέγεσθαι.] conferri possint quae habet Michaël Glycas epistola inedita ad Constantium Palaeologum cod. Reg. 228 fol. 78 *recto* — 85 *verso*, inc. εἰ δὲ καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ ἀμνήτους τινάς· in qua impugnat fatum (*τὴν εἰμαρμένην*) et *praedestinationem* (*τὸν προορισμόν*). nam sidera quidem potestatem habere portendendi futura (ὁ θεὸς οὐ μόνον ἐν ἀστράσιν ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῶν αὐτοῖς ἔθετο σημεῖα): sed de quibus praemoneamur, ea virtute nostra averti posse. universe pugnat vehementer pro libero arbitrio: *gratiae* (ut loquuntur theologi) nullam prorsus mentionem facit. iccirco autem arbitror haec a Glyca tanta contentione disputari, quod accusatus sit magiae et astrologiae; unde et Manuelis Comneni imp. offen-

sam incurrit et oculis est orbatus. vide C. Fr. Walchii comment. de Glycae annalibus in Commentatt. soc. Gotting. 5 18 sqq.

p. 294 v. 1. τὴν ἄλλην] malim τὴν ἑτέραν, ut annotavi in ora: quanquam Eustathius ad Il. 1 469, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ, hoc genus loquendi, ut ἄλλος ponatur pro ἕτερος, frequens esse apud Atticos auctores dicat. certe Lydus ipse scripsit τὴν ἑτέραν p. 295 24.

p. 296 v. 10. ἀρχικώτερος] verti *aptior ad imperium*, haesitans tamen ob adiectivi ἀρχικός varias apud auctores post Chr. natum significationes. quas age, cum parum distinctae sint in lexicis, hic duntaxat aliquantulum evagantes enumeremus. ἀρχικός valet

1) quod *pertinet ad principatum sive convenit principi, principalis, summus*. ita habent S. Gregorius Nyssenus de hominis opificio 1 58 B, Orat. 1 in id, faciam hominem ad imaginem nostr. 1 143 A; Philo Alexandrinus de Abrahamo 285 C; Theolog. arithmet. 8 B, 38 B; S. Ioannes Chrysostomus homilia 15 in epistolam alteram ad Corinthios 3 632 20; S. Isidorus Pelsiota Epist. 314 625 D. sicque S. Basilius Magnus homilia 2 in Hexaëmeron 1 21 C: ἀρχική τις καὶ πονηρὰ δύναμις. vertit Godefridus Tilmannus *principalis quaedam ac mala potentia*, hoc est, quae manat a principio malo. usurpatque eodem sensu idem S. Basilius Quod deus non est auctor mali 1 433 B. atque ita ἀρχικόν τε καὶ βασιλικόν lubenter iungit Eusebius Demonstrat. evang. 155 C, Praeparat. evang. 302 D, 331 D; et ibid. 372 A B tribui Iudae τὸ ἀρχικόν ἀξίωμα ait esse assignatum, quae eadem verba occurrunt apud S. Ioannem Chrysostomum oratione in natiuitatem Christi, et quod unicuique climati praesint angeli 5 853 28. ἀρχικόν ἢ φιλία, *summa res amicitia est*, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, Athenagoras ait Legatione pro Christianis 22 D. a Nemesio Emeseno autem de natura hominis (84 A ed. Matthaei) anima τὸν ἀρχικόν dicitur ἐπέχειν λόγον, hoc est *principis locum obtinere*. sic opponuntur apud S. Marcum eremitam de paradiso et lege spirituali 898 B ἀρχικὸς ὑποτακτικῶ, *is qui in imperio est subdito* (quae vox eo sensu non est in lexicis); et S. Marci verba iteravit scholiasta ad S. Ioannis Climaci scalam paradisi 102 A. apudque S. Ioannem Chrysostomum sermone 40 in Evangelium Ioannis 2 758 13 in simili disiunctione est τὸ ἀρχικόν et οἱ ἀρχόμενοι. neque aliter a patribus asceticis ii qui inter malos genios duces sunt, ἀρχικοί δαίμονες solent vocari, velut a Palladio Histor. Lausiaca 73 B, 78 A, et sic saepe. Sanctoque Marco iam memorato disputatione cum caesidico 974 C οἱ ἀρχικοί superiores sunt potius quam, ut vertit Ioannes Picus, *magnates*. contra apud Eusebium Hist. eccles. 366 D οἱ ἐν ἀρχικοῖς ἀξιωμασι speciatim videntur *provinciarum imperii Romani rectores*. neque alio sensu usurpatur superlativus ἀρχικώτατος: Eusebius De-

monstrat. evang. 437 C et Praeparat. evang. 815 D. inde fluxit neutrum substantive sumptum τὸ ἀρχικόν, *imperium*; quemadmodum τὸ ἀρχικόν τῶν ὑποτεταγμένων *dominatio est in subditos* apud S. Gregorium Nyssenum contra Eunomium 3 137 A et apud Philonem Quod omnis probus liber 687 C. in Nemesio autem de natura hom. 177 A τὰ ἀρχικά τῶν ψυχικῶν partes eae sunt animae quae *dominantur* atque imperant. in Philone denique Legatione ad Caium 774 A τὰ ἀρχικά *scientia est imperandi*.

2) huic significationi subiungo secundam, peculiarem, quod ad imperatores Romanos attinet, *principalis*, quemadmodum Tacitus quoque *pessimum principalis matrimonii instrumentum* ait Hist. 1 22. ita Theodotus Ancyranus contra Nestorium 1 1667 A τὰ ἀρχικά *palatium Augustum*; Theodorus Balsamon scholliis in canones 75 B γράμματα ἀρχικά *litterae principis* (ubi male interpret), prorsus ut γράμμα βασιλικόν est apud Palladium vita S. Ioannis Chrysostomi 73 A. Eusebius de martyribus Palaestinae 320 C ἡ ἀρχικὴ εἰκοσαετηρίς, *vicennalia imperatoris*. quibus de sacris adeundus Cellarius ad Lactantium de mortibus persecutorum c. 17, 954 B ed. Heumann.

3) ἀρχικός porro videtur vertendum *imperiosus* (eo sensu quo Plinius H. N. 29 1 *imperiosi*, inquit, *nobis ipsis et molestissimus*), si non hic, at certe apud Paulum Alexandrinum Rudimentis de natalitiis 49 C: ἀρχικούς καὶ ἐπιδόξους. reddidit Andreas Schato *ad principatum propensos*. item apud S. Ioannem Chrysostomum libro tertio de sacerdotio 6 25 28, ubi ἀρχικός opponitur τῷ κοινωνικῷ, *imperiosus communi sive comi*.

4) at enim non minus frequentatur ἀρχικός ea significatione quam hic locum habere arbitror, *aptus ad potestatem aut imperium exercendum*. ita positivo Diogenes Laërtius vit. philosophor. 193 C Stoicos credidisse ait sapientes ad gerendos magistratus, ad iudicandum, ad dicendum, solos esse idoneos: ἀρχικούς διαστικούς τε καὶ ῥητορικούς μόνους εἶναι. Philo de Ioseph. 431 G: ἀρχικόν φύσει καὶ δυνατόν. et apud Proclum Paraphrasi in Ptolemaeum 227 B ἀρχικούς μεγαλοψύχους recte vertit Leo Allatius *gnavos in imperiis, magnanimos*: cf. quoque 229 C. comparativo S. Basilii Magnus Commentar. in caput 2 Esaiæ 1 881 C: ἄνδρα τὸν ἀρχικώτερον ἐν τῇ νοήσει, τὸν τελειότερον καὶ δυνατώτερον ἐν ταῖς πράξεσι. nec minus bene (opinor) Fronto Ducaeus illa S. Gregorii Nysseni quaestion. quid sit ad imaginem dei 1 845 A, τὸ ἀρχικόν τοῦ ἀνθρώπου, *facultatem imperandi* reddidit *hominis*; quo eodem sensu adhibetur ab Ioanne Philopono de creatione mundi 230 A B, 238 C, 240 A B et alibi saepe.

Nec mirum aestuari passim in vertendo adiectivo, cum in ipso substantivo ἀρχή multi offenderint. velut Montefalconius Bibl. Coislin. 596 D: πολιτεία ... ἐστὶν ἀρχή καὶ συνήθεια πρα-

γνάτων· politia ... est principium et consuetudo rerum. at enim ἀρχή hic non principium sed principatus, imperium, regimen rerum valet. et Kusterus in Suida ad v. Ἐπεφάνη 1 796 B illa, ἵνα τὴν ἀναρχον ὑπαρξίν μηνύσῃ, vertit sic, ut substantiam principio carentem indicaret, dans se (quod mirari licet in tanto viro) infantem admodum in fidei nostrae rebus. nam primo ὑπαρξίς non substantia est, sed existentia: deinde de servatore nostro, de quo hic sermo, dici non potest eum principio carere, quandoquidem pater est principium filii, paterque solus principium est sine principio. quamobrem, quoniam illo loco agitur de aeternitate verbi, versum oportebat ut existentiam initii expertem indicaret. Georgius Trapezuntius autem, in Rhetorica 96 B et 110 C disserens de duobus prioribus locis status coniecturalis, τῷ παραγραφικῷ et τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, illud recusationem, hoc comprehensionem Latine vocat, nullum omnino, ut solet, verborum propriorum adhibens delectum: est enim τὸ παραγραφικόν praescriptio iuxta Curium Fortunatianum ed. Pith. 56 C, aut praescriptiva quaestio, quod habet idem paulo supra: τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους autem a Curio Fortunatiano 56 C appellantur quae sunt ab initio ad finem, a Sulpicio Victore 258 C a summo ad imum, a Natali Comite de terminis rhetoricis 68 C quae sunt a principio usque ad finem, ab aliis Graecis τὰ εἰκότα, velut a Syriano 144 B, aut τὰ σημεία 146 C, a Marcellino denique ed. Ald. 125 B πράγματα καὶ σημεία. sunt autem eae quas circumstantias quoque dicimus, περιστάσεις, quoniam singula circumstantiunt negotia: nempe quaestiones quis? quid? qui? quando? cur? ubi? vocanturque τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quia offerunt sese πανταχοῦ τοῦ λόγου. totumque de illis caput praetermissum paene est a Io. Chr. Ernesti in Lexico diligenter ceteroquin adornato technologiae rhetoricae Graecorum; quare in eo exponendo paulo fui longior. atque illud ipsum quod iam in consuetudinem abiisse video apud logicos, petere principium, petitio principii, quando aut postulamus aut quasi concessum assumimus id quod erat initio controversum, ex Aristotelis his, αἰτεῖν τὸ ἐν ἀρχῇ, λαβεῖν τὸ ἐν ἀρχῇ [sc. ἀμφισβητούμενον], αἰτησις τοῦ ἐν ἀρχῇ, λήψις τοῦ ἐν ἀρχῇ [sc. ἀμφισβητούμενον], saeculis tenebrosis ab homine ferreo, neque in disciplina logica neque in literis Graecis admodum erudito, in fingendisque vocabulis ad vim prompto, confictum esse arbitror. ut enim scrutere omnes qui de quaerendi ac disserendi disciplina Latine scripta reliquerunt, non reperies (opinor) hanc dictionem ante Vincentium Bellouacensem, circa a. 1244 clarum, qui usurpat Bibliotheca mundi 2 273 E, 274 B ed. Duac. et alibi saepe. inde autem tam late manavit, ut in eorum quoque scripta insinuarit sese qui artem vera ac falsa diiudicandi venustius atque copiosius tractaverunt. velut in Adami Bursii Dialecticam Ciceronis 310 A, 399 C, et

quod non minus mirere, in Huetii Censuram philosophiae Cartesianae, non ornate modo atque illuminate sed etiam pure scriptam, in qua repperi Antecess. 7 A ed. Paris. 1694, in-8^o, inque operis decursu 109 B, 110 A, 129 C, 170 A. at Latine dici sive (quod habet Bursius Dialect. 310 A) *sumere quod demonstrari debet*, sive *ponere* (si mavis, adde *pro confesso*) *quod quaeritur*, quis est qui non videat? nam paulo verbosius reddit auctor ad Herennium lib. 2 41, *pro argumento sumere quod in disquisitione positum est*: cf. quoque A. Gellium 16 8. sed de voce ea similibusque, et quemadmodum e subtiliorum huiusmodi disciplinarum nomenclatione barbariei reliquiae tolli sine negotio possint, pluribus agam, si rerum mearum status voluerit, in glossario peculiari, consuetudines technicaeque vocabula cum dialecticorum tum scholiastarum Graecorum omnium sigillatim explicante. nunc redeamus ad Lydum, emendato tamen prius loco Aetor. concilii Lateranensis 3 870 E: οὔτε μὴν ἀρχαὶ καὶ ἀπρακτοὶ ... αἱ θεῖαι νοήσεις, ubi ἀρχαὶ καὶ legendum esse sequens adiectivum clare arguit.

p. 300 v. 20. προσεχῶς vertit *continuo*, id est *continua serie*, nisus auctoritate nonnullorum eiusdem fere aetatis: nunc tamen malim me scripsisse *immediate*, aut (ne cui durior videatur ea vox) *nullo medio interposito*. Nemesius de natura hominis 63 A: προσεχῶς δὲ λέγεται, ὅταν ἀμέσως ... τι γένηται. habet nempe id adverbium significationes illas fere.

1) *attente, intente*. Palladius Historia Lausiac. 988 A: οὐκ ἀκούεις προσεχῶς τοῦ ἀναγνώσματος. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium Hist. eccles. 275 D: ὁ δὲ προσεχῶς ἐντυγχάνων. qui vero *attente perlegerit*, vertit Henricus Valesius. estque tunc synonymum adverbii προσεχόντως, quod ex 70 (ubi tamen legitur sensu aliquantum diverso Proverb. 31 26) demanavit ad auctores Christianos, S. Macarium homil. 4, cursum stadii huius mundi *attente* [προσεχόντως] et accurate absolvi oportere 35 A, 36 C, alibique saepe; ad Anonymum Caten. in psalmos 1 89 A, reliquosque.

2) *immediate*, ut barbaro verbo utar, aut, ut interdum quoque reddi potest, *continuo, proxime*. sic S. Gregorius Nysenus orat. 2 contra Eunom. 2 74 D ἐκ τοῦ ἀκολούθου προσεχῶς τούτοις, ex eo quod *continuo sequitur*: cf. orat. 12 contra eund. 2 371 C, ibid. 385 D, et quod non sint tres dii 459 A B. apud Nemesium autem (ut recte observat in Lexico Gr. Schneiderus vir summus) saepe vertendum est *immediate* de natura hominis 17 C (aut ed. Matthaei 49 A) 21 D, 62 D et alibi. neque aliter Clemens Alexandrinus Stromat. 392 A deum praecepta dedisse ait διὰ νόμον, διὰ προφητῶν, καὶ προσεχέστερον ἤδη διὰ τῆς τοῦ νιοῦ παρουσίας. Daniel Heinsius, nescio quam bene: et iam propinquius per filii adventum. eodemque sensu occurrit

προσεχῶς in Θεολογουμένοις τῆς ἀριθμητικῆς 30, comparativus-que προσεχέστερον apud S. Clement. Alexandrin. Stromat. 490 A, et προσεχεστάτως Theolog. arithmet. 26 D. quam vim vocis non cepit vir perfecte eruditus Huetius, cum haec Origenis t. 14 Comment. in S. Matth. 1 354 C, ἀναφέρεται δὲ καὶ τὸ ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς ... προσεχῶς μὲν ἐπὶ τὴν μυστικωτάτην παραβολὴν ἔτι δὲ ταύτης ἀνωτέρω εἰς τὰ πρὸ αὐτῆς γεγραμμένα, mire prorsus sic reddidit: *caute vero et prudenter refertur illud: consummavit Iesus sermones istos, ad obscuriorem ... parabolam praeterea vero et ad ea quae ante illam scripta sunt. nam sensum esse eiusmodi: proxime quidem refertur illud, cons. I. s. istos, ad parabolam maxime mysticam, altius vero etiam ad ea etc.* oppositio vocum προσεχῶς et ἀνωτέρω clare arguit. neque eo minus tamen Huetii versio in novissimam quoque Origenis ed. (Delarue, Parisiis 1740) 3 635 E transfudit sese.

3) praeterea est tertia significatio, eaque technica, adverbii προσεχῶς, ex hac secunda manans, a Suiceroque Thesauro ecclesiast. 2 853 silentio praetermissa, ut sit *literaliter, ad verbum*, opponaturque τῇ θεωρίᾳ sive τροπολογίᾳ, contemplationi *sensus spiritualis, sensus allegorici*. quod vel ideo monendum videbatur, quod eam complures non viderunt. S. Gregorius Nyssenensis homil. 2 in Cantica cantic. 1 491 D: τούτοις μοι δοκεῖ τοῖς νοήμασιν ὁμοίως Παῦλος προσεχέστερον ... φιλοχωρῆσαι. vertit Gentianus Heivetus: *in hoc sensu [adde item] mihi videtur magnus ille Paulus proxime constitisse. malim: interpretatione literali immoratus.* et Clemens Alexandrinus Stromat. 462 B ait nos Christo gigni: *συνεξακούεται γὰρ προσεχῶς, ὑπηκόους γενομένων.* Daniel Heinsius mire: *simul autem proxime exauditur, si fuerimus obedientes.* sensus est: *subintelligitur enim ad verbum, si f. o.* S. Ioannes Damascenus quoque de ineffabili divinitate 23 B: καὶ οὕτω μὲν προσεχῶς· κατὰ δὲ θεωρίαν ἔλαιον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἄλλ' ἢ φιλανθρωπία. ubi interpretes item: *et haec quidem attentius legentibus.* sed sustineo me hoc loco, redeoque in viam.

p. 301 v. 1. *δυσχρρίζονται contendunt*, asserunt. sic, nempe active, verti, non ex sententia (fateor) cuiusdam plane eruditi mihi que coniuncti intima familiaritate, qui hic malit *accommodare asseverantur, perhibentur.* sed *δυσχρρίζομαι* item significatione activa usurpant auctores sequiorum quoque saeculorum. S. Basilius adversus Eunomium 2 12 B: ἐγὼ δὲ οὕτω δυσχρρίζομαι. item *δυσχρρίζομαι* S. Gregorius Nyssenensis homil. 6 in ecclesiast. 1 429 A, S. Ioannes Chrysostomus orat. 1 in omnes Sanctos 5 614 39. *δυσχρρίζεται* S. Gregor. Nyssenensis orat. 1 contra Eunomium 2 32 A; Eusebius contra Marcellum 40 C, 47 C, 101 C, 142 A, 143 D, 154 D; S. Ioannes Chrysostomus orat. 2 in epist. ad Ephesios 3 770 38, ad Hebraeos 4 439 17.

δυσχρρίζεσθε Iosephus Antiquit. Iudaic. 45 F. *δυσχρρίζονται* Eusebius Praeparat. evang. 724 C, 725 C. *δυσχρρίζεσθαι* Hadrianus Aug. in rescripto apud Euseb. Hist. eccles. 123 C; S. Gregorius Nyssenus lib. 1 contra Eunomium 3 90 A; S. Ioannes Chrysostomus orat. 1 in Lazarum 5 224 13, homilia 23 in S. Ioannem 2 646 12. *δυσχρρίζόμενος* S. Ioannes Chrysostomus orat. 2 de incomprehensibili 6 397 12. *δυσχρρίζομένου* Heliodorus Aethiop. 270 C. *δυσχρρίζομενον* S. Ioannes Chrysostomus homilia 63 in S. Matthaem 674 C. *δυσχρρίζετο* S. Gregorius Nyssenus de vita S. Macrinae 3 180 D, S. Athanasius vita S. Antonii eremitae 81 B. atque haec de formis praesentis et imperfecti: taceo de aoristi.

p. 301 v. 5. *δεῖ γὰρ ἥλιον*] priore itinere meo Italico descripsi ex codice admodum vetusto tractatum imeditum incerti auctoris de astronomia, luculentum sane ac perelegantem, ut paene Attico stylo exaratum dicas. unde (donec totum in lucem potero asserere) exhibebo locum illum, de Sole: οὗτος γὰρ [ἥλιος] ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ὄλων οὐσίαν, καὶ διὰ τοῦτο τινες καὶ τῇ τῶν τεσσάρων στοιχείων φύσει τοῦτον κερᾶσθαι ᾤοντο. ἡγεμῶν δ' ἐστὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ πάντων γεννητικός· γεννῶν δὲ αὐθις καὶ διαλύει, καὶ πρὸς τὸν σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνει, διδούς μὲν τῇ ὅλῃ οὐσίαν σχεδὸν καὶ ζωὴν, ἀνταπολαμβάνων δὲ τὴν ἀνωθεν ὑπαρξίν. μέσος γὰρ ἴδρται, τὰ ἄκρα συνδέων, ὡς φησὶν Ὀλυμπος, καὶ καθάπερ ἡνίοχος ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἄρμα ἀσφαλῶς ἐλαύνων. is autem Olympus est fortasse philosophus peripateticus huius nominis, discipulus Ammonii Saccae, Alexandrinus, de quo Porphyrius vita Plotini 7 D E, ubi tamen nunc legitur Ὀλύμπιος. eundem vocat Olympum Marsilius Ficinus Commentar. in libr. 3 ennead. 2 Plotini 126 A. Ὀλυμπος, medicus Cleopatrae, qui historiam edidit, memoratur a Plutarcho vit. Anton. 953 D.

p. 303 v. 18. *Καρτάπων*] sic omnes. num *Carteiam?* *Cartennam?* confer tamen p. 332 7.

p. 306. *ΕΦΗΜΕΡΟΣ ΒΡΟΝΤΟΣΚΟΠΙΑ*] haec, usque ad p. 331, iam cusa erant in Rutgersii Var. Lectt. p. 247 — 260, unde excerpsti lectiones variantes quae cernuntur cum hic in notis tum superius ad oram pagellarum.

p. 308 v. 6. *εὔροια* * *τῶν ποταμίων*] fortasse, *εὔροια τῶν ποταμῶν*, sequenti diastole, quemadmodum habet Rutgersius; ut supplendum sit aliquid in phrasi sequenti. scaturigines fluvialitium aquarum infra quoque numerantur in rebus salutaribus p. 310 7, Iul. 10.

p. 309 v. 22. *δουλικαῖς τύχαις*] of. p. 314 5, Septembr. 7. ex Rutgersii notis 290 C video Meursium pro *τύχαις* legere voluisse *ψυχαῖς*. sed *fortunae serviles* pro ipsis servis bene, ut opinor, dicitur.

p. 315 v. 15. διαλάβωσιν pro διαλήψονται, nisi tamen scribere mavis διαβαλοῦσι. de usu coniunctivi aoristi pro futuro (more Homérico) apud Graecos posteriores, in verbis praesertim aut irregularibus aut quae vocantur λ μ ν ρ, plura notavimus praefat. ad Leonem Diac. 12 C et ib. indic. 291 B. et apud nostrum quoque futuro iungitur coniunctivus aoristi, eodem sensu: ἔσονται καὶ — ἐπιτείνῃ p. 290 3, μάχαι συρραγήσονται καὶ τὰ θηρία — ἐπέλθῃ p. 326 19, οὐκ ἀλλοιώσει μόνον ἀλλὰ καὶ — ἀναβάλλῃ p. 343 9. adde ἐπιλάβηται pro ἐπιλήφεται (quod tamen habet cod. Reg.) p. 347 12, et λυμήνεται pro λυμανεῖται p. 318 20 et p. 319 3.

p. 316 v. 19. ἀλληλανεμίαν] novum vocabulum ex hoc ipso loco a Rutgersio sumpsit vir cl. Io. Gottl. Schneiderus *Wörterbuch* etc. edit. 1805 1 56: alterum, quod omnino exulat e lexicis, ἀνεμομαχία, ventorum conflictus, Lydus habet p. 357 16, 358 18, 369 8, 372 10 et 380 12.

p. 318 v. 17. ἀνασκολοπισμοί] vox rara necdum in lexica recepta. usurpatur a S. Gregorio Nysseno orat. 8 de beatitudinibus 1 835 C: τὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀνασκολοπισμὸν.

ib. v. 20. λυμήνεται] sic codex, barbare, hic et inferius p. 319 3: num λυμανεῖται? confer tamen quae annotavi supra ad 315 15. infra p. 324 17 codex habet λοιμανεῖται, supra 318 12 λοιμήνονται, et Rutgersius λυμανοῦνται, quod recepi.

p. 319 v. 18. ita τελέσει p. 335 1 et 14.

p. 330 v. 1. εὐθηνοί] adiectivum rarissimum neque in lexico I. Gottl. Schneideri viri summi neque in auctore repperi ullo, praeter S. Ioannem Chrysostomum orat. 105 exhortatoria ad poenitentiam 6 913: ἐν τῇ ταύτης ἀγορᾷ πάντα εὐθηνά.

p. 331 v. 6. εὐομβρίαν] vox rarior quam quis putet. occurrit, extra hunc locum, in Eusebio Hist. eccles. 353 D: τοὺς λειμῶνας δι' εὐομβρίαν φυτοῖς καὶ ἄνθεσι λαμπομένους.

p. 339 v. 2. haec et sequentia partim sumpta sunt ex Plinio H. N. 2 50 — 52, cuius verba in versione quantum potui praesentavi.

p. 340 v. 18. ἀβλαβῆ] eadem vox occurrit in lexico Graeco inedito, quod in Italia transcripsi ex cod. saec. 12: ἀβλαβεῖς ἀσινεῖς. ὁ δὲ Ἄλσιος τὴν ἐν Ἀδράτοις φρουρὰν ἐκβαλὼν εἰς Βόστρα τοὺς περὶ αὐτὸν ἀβλαβεῖς διεσώσατο. quo in lexico, satis amplo, dolendum, primum, abrumpi post litteram Γ; deinde, in locis scriptorum, quae multa afferuntur, nomina auctorum perraro addi, adeo ut cuiusvis fragmenti sedem investigare, aut explorare editumne sit an ineditum, quod facere cecepi, longum sit quoddam opus atque molestum. quae modo posui, in auctore nullo hodie exstante quivi invenire, neque Alsii nomen inter duces Romanos. nam est quidem apud Marquardum Gudium In-

scriptt. 77 12 nomen C. ALSI. DEMENI. at is figlinas exercuit, non meruit aes militare. venit in mentem pro *ΑΛΚΙΟC* corrigere *ΑΤΚΙΟC*; qui si esset Lusius Quietus, sub Traiano bellica laude clarus, a Xiphilinoque (ed. Sylburg. Scriptt. Graec. minor. 3 349 B, 350 C, ubi tamen Graece *Λούσιος* scribitur) ab aliisque saepe memoratus, suspicari possis ea esse aut ex libro 68 Dionis Cassii, qui hodie intercidit, aut (quod magis credam) ex Parthicis Arabicisve Appiani. sed adversantur huic opinioni illa Damascii Vita Isidori apud Photium Biblioth. 1059 E: τὰ Βόστρα τῆς Ἀραβίας, πόλιν μὲν οὐκ ἀρχαίαν (ὑπὸ γὰρ Σεβήρου τοῦ βασιλέως πολίτεια), φρούριον δὲ παλαιόν, ἀποτετειχισμένον ὑπὸ τῶν Ἀραβικῶν βασιλέων. nam si Bostra nulla aut vix ulla fuerunt ante Severi principatum, non admodum credibile est eorum crebram mentionem factam esse in historia bellorum Traiani. quapropter, si quis locum ad scriptorem saec. 4 aut 5 pertinere dicat, nihil repugno.

p. 341 v. 8. τῶν γὰρ νεῶν] Romanorum naves, praesertim classis Misensis et Ravennatis, suum quamque nomen habuisse, aequae ut fit hodie in officio maritimo, constat cum aliunde tum maxime ex Pighii Hercul. Prodicio (ed. Antverp. 1587, 8) 502 A. quod moneo, quia complurium eruditorum scientiam fugerit. velut Thomae Hearne praef. in *The Itinerary of John Leland* (ed. 3) 6 13 B. lapide hoc:

M. ANTONIUS RUFINUS

MILES EX V VICTORIA SIBI

T

ET. L. IULIO APOLLINARI FRARI

MILITI EX. III. DIANA. VIXIT

ANNIS. XXXVIII. MIL. ANN. XIII.

addente Hearne 14 A, milites illos meruisse in classe multarum navium, numeris inter se distinctarum (*which were distinguish'd by numbers*). eademque siglae crucem fixerunt homini in titulis lapidariis legendis probe exercitato Henr. Dodwello Epist. ad Goetzius de inscriptt. Puteol. et Baian. (Iscae Dunmonior. [sic] 1711, 8) aestuanti 39 A, numeri v et III an de legione potius, an de ala, an de cohorte sint intelligendi. at quis non videt militasse M. Antonium Rufinum in quinqueremi Victoria, L. Iulium Apollinarem in triremi Diana? similiter certe tituli ab Ioanne Vignolio relati, de column. Antonini Pii, habent III TAVRO 297 B, III MINERVA 298 B, III SOLE 299 A, III ARMATA 299 C.

nihil dico de aliis lapidibus easdem siglas exhibentibus, quos in museis Italiae tum publicis tum privatis ipse vidi; quod illas scriptis nuper editis aliter explicatas esse videam. coaevorum autem meorum censura, quin etiam mentione, nisi honorificentissima et necessaria admodum, quae mea natura est, semper abstinebo.

p. 343 v. 4. καθ' οὗ φέρεται] sic Caseol. sed cum hic tum infra v. 9. legendum aut φέρεται, ut est in cod. Veneto, aut καθ' οὗ ἂν φέρεται.

ib. v. 11. πολεμίων μὲν ἕφοδον] Caseol. πολέμων· conf. tamen p. 344 8. 21. 345 8. Venetus quoque hic habet πολεμίων.

p. 344 v. 8 ima. augustum aedificium] Ovid. Fast. 1 609: sancta vocant augusta patres: augusta vocantur templa sacerdotum rite sacrata manu.

p. 349 v. 1. τέως] restituamus particulam τέως Actis concilli Lateranensis in laudibus Constantis 2 imperatoris 3 780 B: τὸ ὡς εἰκὸς ἐγκατάλειμμα τῶν τε ὡς πρὸς ἡμᾶς εἰκῆ τε καὶ μάτην διαφερομένων. legamus τῶν τέως, residuum eorum qui adhuc nobis temere ac vane contradicunt. aliter interpretes.

p. 350 v. 2. εἰσκαθίζουσι] de hoc verbo silet in lexico Schneiderus vir clar. occurrit etiam apud S. Ioannem Chrysostomum orat. 83 in crucem et confessionem latronis 5 570 41, si tamen ibi lectio sincera.

ib. v. 10. ταῦτα μὲν ἂν τις] quae sequuntur, usque ad finem p. 356, cusa exstant in ed. Schowiana libri de mensibus, p. 130—134.

ib. v. 18. Βικέλλιος] Symbolik und Mythologie der alten Völker, t. 2, Lipsiae 1820, 8, p. 927 not. 132, auctor, summo vir ingenio eruditioneque incomparabili, allato hoc loco Βίγυλος, id est Figulus, legendum esse non infirmis rationibus nititur approbare. sed enim p. 276 22 est in C βεκελλιον, hic βικελλιος (quod magis placet), et in codice Romano bibliothecae Angelicae, unde idem fragmentum de terraemotibus descripserat Schowius, Βικέλιος. atque haud scio anne opus sit abire a scriptione codicum. alibi quoque id nomen, aut certe simile, reperio, nominatim apud Ioann. Marangoni Actis S. Victoris 160 A et Murrator. p. 2096 8.

M. VICELI. II.

VICELIORV

LIBERTVS

V. A. XXVII

Viselliorum Varronum gens e Cicerone eque Valerio Maximo 8 2 2 est notissima.

p. 357 inser. hoc calendario, de quo sententias maxime diversas a Salmasio ad Solinum a Petavioque praefat. ad Urano-
Ioannes Lydus.

logium latas esse video, cum eadem res diversis diebus passim iterentur (velut fiduculam incipere occultari et 7 Kalendas Februarias iterumque 6, et postremo ipsis Kalendis Februariis), apparet Cl. Tuscum secutum esse calendaria sideralia complura, alia fortasse ad Romanum, alia ad Alexandrinum, alia ad Antiochiae horizontem pertinentia, Democriti, Eudoxi, Hipparchi, Divi Iulii, Metrodori. atenim idem accidit non modo in calendariis veterum fere omnibus, sed in ipsis quoque Fastis Povidii, quorum singulae notationes, si ad tabulas exigas, ad unum horizontem unumque aevum omnes nullo modo possunt revocari. accedit occasus matutinos veros seu cosmicos, matutinos apparentes, vespertinos veros, id est acronychos, et vespertinos apparentes, hoc est heliacos, aut ab ipso Cl. Tusco non satis esse in Latino distinctos, aut a Lydo interprete has distinctiones esse omissas. de quibus in textum Lydi denuo introducendis studentes astronomiae viderint.

p. 362 v. 20. Ἀπριλίῳν] hic in Codd. omissus est status coeli. in Leonici versione legitur: *Sol in ariete. Favonius late spirat: ciconia apparet, et mare transmittit.*

p. 364 v. 10. ἀρχεται δύνεσθαι] sic Codd. omnes. Leonicus vertit: *Fav. flare incipit matutino; vergiliae occidunt.*

p. 368 v. 20. βροντώδης non est in lexico Schneid. auctoritates habet, praeter Lydi hic et p. 363 10. 19. 368 3. 372 23. 373 17, etiam Cl. Ptolemaei Tetrabiblo 94 A et 95 C, Procli Diadochi Paraphrasi in Ptolemaeum 138 B, Hephaestionis Thebani Apotelesmaticis 4 B et 13 C, S. Germani Cpolitani orat. in sanctiss. Deiparam 308 D.

INDEX GRAMMATICUS.

- ἀγανακτούμενος 212, 6.
 ἀγών ἀγωνία 43, 1.
 τὰ ἀεροπόρα 280, 21.
 ἀειδρύλλητος 244, 9.
 αἰών 38, 5.
 ἀκερμία 208, 11.
 ἀκροξίφης 127, 18.
 ἀκρόουλος 138, 18.
 ἀκροπόρφυρος 134, 10.
 ἀκρονυχία τῶν ἀστέρων 19, 2.
 ἄμα ἐθεράπευσεν ἄμα ἐπαύσατο
 148, 15. 173, 18. 20. 178, 3.
 194, 15. 240, 8. ἄμα ἐπελάβετο,
 προσετήσατο 148, 18. 270, 17.
 ἀναβέβηκεν i. q. ὑπερβέβηκεν 173, 9.
 ἀναζώσασθαι τὴν ὅλην διοίκησιν
 229, 12. δύνάμιν 162, 21. πό-
 λεμον 152, 2. πρὸς στρατείαν
 219, 2.
 ἀνακεκολλημένος 179, 3.
 ἀναλελογγημένος 169, 15.
 ἀναποδοῦται 154, 17.
 ἀναρπάζειν εἰς τιμὴν 250, 6. ἐπὶ τὰ
 πρῶτα τῶν ἀξιωματίων 256, 12.
 ἀνασκολοπισμός Hasius ad 318, 17.
 ἀναφρηγῆναι ποταμούς 290, 4.
 ἀναφωνητής 207, 14. 213, 15.
 ἀναχαιτισμός 181, 8. 245, 3.
 ἀνέκαθεν 152, 5. 156. 22. 160, 14.
 163, 6. 174, 4. 175, 1. 185, 5.
 198, 1. 199, 21. 202, 6. 203, 2.
 216, 8. 220, 8. 225, 1. 231, 5.
 232, 2. 242, 9. 243, 17. 261, 8.
 ἀνέφοδος 225, 18.
 ἀνέχειν] ἡ πρώτη καὶ ἀνέχουσα
 τῶν ἀρχῶν 185, 20. ἡ πρώτη
 καὶ ἀνίσχουσα 182, 23.
 ἀνεσχηθεῖσῶν 136, 17.
 ἀνόδεντος ἐρημία 161, 14.
 ἀντενδοκιμεῖσθαι 11, 10.
 ἀντί 5, 6. 7. 24, 13. 44, 1. 51, 1.
 53, 7. 60, 11. 64, 23. 65, 18.
 74, 12. 80, 11. 82, 13. 341, 4.
 ἀντιβολή 205, 9. 256, 19.
 ἀντιδίσκωσις 277, 15.
 ἀντικέφαλον 74, 17.
 ἀντιπλαγιάζεσθαι 230, 3.
 κατ' ἀντίστοιχον 126, 20. 127, 6.
 136, 6.
 ἀντιτυραννῆσαι 165, 5.
 ἀνύειν λειτουργίαν 215, 19. φρον-
 τίδα 211, 14. διανύσαι ἀρχάς
 232, 12. βαθμούς καὶ πότους
 224, 9.
 ἀπαγγέλλειν εἰς στρατείαν nomen
 dare 260, 10.
 ἀπαλιψέσσα 188. 11. 15. ἀπαλι-
 φέντων 204, 20.
 ἀπαγορεύεσθαι τοὺς πολέμους
 238, 9.
 ἀπασχολῆσαι βίβλους 138, 10.
 ἀπογεοῦσθαι 255, 18.
 ἀποθεῖσθαι 265, 18.
 ἀποκινήσαι τοὺς ὑπάτους 155, 23.
 263, 21.
 ἀπολέγειν ταῖς κτήσεις 249, 8.
 τῷ τεμένει 259, 13.
 ἀπολέλοιπε διαλέξεις γράφας 149, 2.
 συγγραφήν 227, 13.
 ἀπολύειν χάριτας 262, 5. 22. 205, 13.
 ἀπομένειν 160, 18. 182, 6.
 ἀποπτύειν 168, 8. 181, 16. 190, 7.
 ἀποσπαργανοῦσθαι 63, 9.
 ἀπραγήσαι περὶ ζήτησιν 138, 9.

- ἀρβύλαι 130, 3.
 ἀρπασθῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν 229, 11.
 ἀρχαιοφανής τύπος 135, 9.
 ἀρχαιοφύλαξ 194, 11.
 ἡ ἀρχὴ τῶν ἀρχῶν 172, 7.
 ἀρχικός Hasius ad 296, 10.
 ἀρχοντιᾶν 142, 15.
 ἀσπιδισκάριον 129, 12.
 atrum τὸ φαιόν 134, 9.
 αὐγὴ ὁ ὄρθριος καιρὸς 82, 11.
 αὐλακισμοί 286, 3.
 αὐξίφωτιά 101, 3.
 αὐρίγαμμος 169, 14.
 αὐταρχία 124, 2.
 αὐτοκρατορία 123, 8.
 αὐτομολήσει τὰ θηρία πρὸς τὰς παγίδας 333, 12.
 ἀφαντικός 264, 12.
 ἄχι παντός 274, 7. μέχρι παντός 274, 23. 286, 12. ἀνατολῶν ἄχι 209, 1. ἡμῶν ἄχι 187, 14.
 βάραι 180, 11.
 ἡ βασιλεία] v. Has. comment. p. xviii.
 βραδύνειν i. q. διατρίβειν 144, 2. 146, 12.
 βροντώδης Hasius ad 368, 20.
 γαματίσκοι 169, 15.
 γλαῦκαν τὸ ὄρνειον 74, 22.
 γλίσχρον 193, 10. 208, 7. 254, 13.
 γνόφον δίκην 227, 6.
 γυμνοφανής 259, 3.
 δαίμονες manes 64, 14.
 πρὸ δεκαμιάς 7, 12.
 δεκανδρική ἀρχή 146, 5.
 διάβλημα 179, 6.
 διαθερίσαι 156, 17.
 διαλαλιά 261, 10.
 διασηνοῦσαι 266, 3.
 διασπαθῆσαι 185, 2.
 διασπαθίζειν 148, 4.
 διασυρῆναι 175, 20. 245, 17.
 διασυρίζειν 190, 19.
 διατυποῦν i. q. προστάττειν 181, 17.
 διαψηφίζειν τοὺς φόρους 239, 8.
 διαψηφισταί 200, 6. 228, 5. 262, 13.
 διδάγματα 190, 22.
 διυγνρίζεσθαι Hasius ad 301, 1.
 δικήγορος 259, 20.
 διοσημασία 343, 13.
 διοσημειακοὶ ἀστέρες 290, 16.
 δισκοποτήριον apud Has. ad 279, 22.
 δοκίς 285, 10 ann. ima.
 δρύφαντος θρόνος 126, 13.
 δυνάμεις αἱ τῆς αὐλῆς 177, 2.
 τὸ δυοκαιδεκάδελτον 141, 6.
- δυστυχεὶ ἀναρχίαν 147, 19. 156, 6.
 ἔγγλανκος 60, 8.
 ἔγγυς ἀκαρπος 316, 13. 337, 13.
 ἔγγυς ἄπλους 356, 12. ὅμοιος ἔγγυς 101, 21. ἔγγυς ὄλην 184, 8.
 ἔγγυς ἅπαντας 287, 9. πᾶσαν ἔγγυς 265, 9. ἔγγυς τριάκοντα 33, 2. ἔγγυς ἀκαρπίαν 327, 10.
 ἔγγυς ἔπειθεν 245, 15. ἔγγυς μονωθῆναι 353, 10. ἔγγυς σαλεύεσθαι 263, 19.
 ἐγκαταλειμμένα 264, 12.
 ἐγκλεῦεσθαι 131, 19. 186, 14.
 εἶδη 255, 10. 12. 13. 264, 8.
 εἰς] εἰς πλάτος 19, 8. 158, 33. εἰς πλήθος 135, 8. 202, 17. 230, 13.
 εἰσκαθίζειν Hasius ad 350, 2.
 εἰωθός 208, 6. 260, 10.
 ἐκατέρα παιδεία 269, 1. φωνή 122, 20. 147, 17.
 ἐκβιβαστής 205, 18. 206, 8.
 ἐκμυζῆσαι 261, 5.
 ἐπιθέσθαι 186, 16. 259, 16.
 ἐλευθέρου ποδὸς λόγῳ 351, 1.
 ἐμπρόθεσμος δίκη 180, 6.
 ἐμπροθέσμως 180, 18.
 ἐναγρηνεῖν 139, 11. 195, 17. 251, 7.
 ἐναπομένειν 255, 17.
 ἔνος ὁ ἐνιαυτός 51, 11.
 ἐνσηπείσθαι 255, 10.
 ἐντευξίς μονομερῆς 218, 19.
 ἐντυχίας νῶτον 205, 21. ἐντυχία μονομερῆς 217, 18. 260, 1.
 κατ' ἐξαιρέτον 71, 10.
 ἔξαρος 251, 8.
 ἔξυλακίζειν πλοῦτον 173, 13. τὴν ἔστιαν 259, 8.
 ἐπαγρηνεῖν 260, 3.
 ἡ ἐπαρχος ἔξουσία 260, 21.
 ἐπαρχότης 172, 11. 173, 10. 174, 9. 177, 4. 14. 193, 5. 199, 22. 204, 3. 211, 2. 4. 217, 4. 222, 1. 223, 7. 236, 5. 238, 21. 242, 15. 243, 7. 246, 16. 249, 7. τῶν πραιτωρίων 132, 17. 184, 22. 204, 17. 219, 11.
 ἐπεμβόλιμος θεός 168, 11.
 ἐπὶ τοῦ θέρους 351, 16. ἐπὶ τοῦ λέοντος 337, 8. ἐπὶ τῆς πρώτης φυλακῆς 291, 21. ἐπὶ τῆς Ἰταλίας etc. 289, 4. 290, 11. 291, 3. 301, 14. 302, 6. 303, 18. 304, 5. 339, 5. 351, 11. ἐπὶ τῆς φυσικῆς ἱστορίας 281, 19.
 ἐπιβρῖσαι 241, 11. 256, 8.
 ἐπίδολος 283, 1.

- ἐπιπεδοῦσθαι 24, 1.
 ἐπιροιζῆσαι θεωρίαν 191, 9.
 ἐπιτεύξεται ἡ ἐλαία 354, 1.
 ἐπισηκρητεύειν 220, 20.
 ὁ ἐπισκοπῶν τὴν πόλιν 211, 10.
 253, 5.
 ἐπιτάγματα οἱ φόροι 40, 21.
 ἐπιχοάζειν 66, 13.
 ἐπιχωριάζειν βροῦτον τὸν μωρῶν
 143, 22.
 ἔργον γεγόνασι τῆς αὐτοῦ διδασκα-
 λίας 223, 20.
 ἔρεβόθεν 247, 7.
 ἔριυνάς 140, 7. 193, 16.
 καθ' ἔρημνείαν 128, 2. 162, 9.
 206, 12. 213, 4. πρὸς ἔρημνείαν
 132, 2. 141, 7. 146, 5.
 ἔρμαια 90, 19.
 ἐρυνθριᾶ τὴν ἀρχὴν 243, 5. τοὺς
 ζηλοῦντας 231, 11. τοὺς λόγους
 240, 18. ἀφελέσθαι 184, 17.
 δοκεῖν 126, 10. καταψηφίζεσθαι
 150, 2.
 εὐγλωττία 222, 14.
 εὐθηνία ἢ τοῦ παλατίου 200, 13.
 ἢ φροντὶς τῆς εὐθηνίας 231, 13.
 εὐθηνός Hasius ad 330, 1.
 εὐομβρία Hasius ad 331, 6.
 αἱ ξενικαὶ 208, 21. 209, 5.
 ξεφυρίτης ὁ Μάρτιος 109, 7.
 ζημιῶσαι τινὰ τινος 185, 1. 209, 18.
 ζημιοῦσθαι τὴν ὄψιν 236, 8.
 τοὺς φόρους 175, 12. 247, 17.
 τὸν ἐν μέσῳ χρόνον 219, 4.
 ζωικᾶς 139, 3.
 ζυγάδην 25, 11.
 ζώνην περιθέσθαι 196, 16. ἀπο-
 θεῖσθαι 198, 12. ἀφεῖναι 223, 5.
 τῆς ζώνης ἀπαλλάττει 203, 9.
 ἡμιώριον 9, 17.
 θανατᾶν 233, 11. 238, 14.
 ὁ θάτερος 145, 21. θάτερον 151, 20.
 θεοχολωσία 296, 1. 329, 7.
 θεσπίζειν 9, 14. 55, 2. 56, 8.
 176, 9. 204, 1.
 θῆκαι 179, 20.
 θηκοφόροι 202, 4. 215, 20.
 θρίαμβος 3, 4.
 θρομβώσεις 47, 2.
 Θύβριδος 136, 14. Τίβεριν 138, 22.
 θυοσκοπία 119, 7.
 ianua 52, 19.
 ἱερατεύειν ταῦρον 71, 15.
 imaginifer 158, 4.
 ἰσχυροποιεῖσθαι 63, 9.
 iuba 127, 19.
 κ 33, 18.
 τὸ καθαρὸν 205, 13.
 καθολικοί 200, 9.
 καῖσα s. καῖσαρ ὁ ἐλέφας 95, 15.
 κατὰ καιρὸν i. q. αἰεὶ 185, 18.
 217, 15. 218, 12. 249, 11.
 καλαμάριον 179, 21.
 καλλάϊνον τὸ βένετον 43, 12. 66, 2.
 καλλίκλιον 180, 4.
 καλοϊώνιστος 139, 5.
 κάνθαρος 180, 5. 182, 1.
 καραδοκεῖν 170, 12.
 κάρτα 208, 10. 218, 10. 344, 11.
 κατάλογοι αὐλικοὶ 189, 4. στρα-
 τιωτικοὶ 176, 22. τῆς ἀρχῆς
 201, 1. ποίοις ἢ τάξις συμ-
 πληροῦται καταλόγοις 183, 10.
 187, 12.
 καταπελιτισταὶ 158, 19.
 καταπόρφυρος 179, 2.
 κατασκεπόμενα αἰγὴ τὸ δικαστήριον
 181, 21.
 καταστροφεὺς πολιτεύματος 263, 22.
 καταυλήματα 187, 8.
 κεραΐτης 197, 9.
 κεφαλή μηνός 37, 8.
 κομπλεύσιμος 218, 6.
 κομποφανειλλορημοσύνη 200, 1.
 λαμπροφανεῖς 181, 21.
 λησταρχία 267, 3.
 λελογχαμένη στολή χρυσοῦ 169, 5.
 λογχωτός 170, 1.
 λυμῆνεται Hasius ad 318, 2.
 μαϊουμᾶν, μοῖουμῆζειν 91, 7.
 μαξιλλοπλουμάκιον 251, 20.
 μαρινιαῦν 242, 13.
 μεσοβασιλεύς 148, 6. 151, 22. 156, 2.
 μεσομηνία 32, 7. 17. 33, 11. 15. 22.
 71, 14. 298, 19.
 μεταλλευθεῖς ἐκ μαγνήτου ὁ σίδη-
 ρος 78, 7.
 μέταξα 169, 8.
 μῆν] οὐ μόνον ἀλλὰ μῆν 220, 20.
 ἀλλὰ μῆν καὶ 142, 18. 156, 17.
 171, 1. 21. 185, 1. καὶ τοὺς
 ὀψοποιούς γε μῆν 177, 6. 256, 11.
 ἢ μητρόχος 71, 17.
 μονόπτερα 264, 18.
 καὶ μόνος 125, 22. 129, 5. 135, 16.
 138, 9. 139, 18. 22. 146, 18.
 148, 6. 13. 151, 21. 159, 15.
 170, 5. 171, 4. 172, 21. 178, 16.
 180, 1. 193, 7. 195, 12. 216, 6.
 229, 15. 263, 13.
 νεμέσεως ἕξω 194, 11.

- περα ὁ σκορπίος 154, 8.
 περετα ἢ καλαμίνθη 154, 19.
 νερετριος δαίμων 252, 3.
 perones οἱ ἀνδρεῖοι 75, 22.
 νεφελόφορος 226, 10.
 νήγρετος. νήδυμος, νήλιπος, νή-
 χυτος 154, 10.
 νομογράφοι 120, 6. 132, 15.
 νυκτηγρετεῖν 209, 2. 18.
 ξυλοπέδη 158, 1.
 καθ' ὄμαλοῦ 149, 9. 160, 14. 193, 6.
 196, 4. 230, 1. 261, 14.
 ὀμιχλαίνειν 35, 17. 90, 8. 298, 9.
 ὀμόδουλα 264, 12.
 ὀμόκησσα 254, 12.
 ὀππιρίζειν 6, 21.
 καὶ ὄπως ἐρῶ 123, 8. 225, 3. 250, 22.
 260, 19.
 οὐν ἢ βραγείας οὐν τινός 209, 19.
 ὄφρον τῆς ἀρχαίας ὄψεως ἀνακα-
 λούμενος 192, 4. ἀξίαν ὄφρον
